

ubicunque de necessitate, vel utilitate Ecclesie agitur, posse præjudicare minori quoad ea, quæ competunt Canonicis, non ut singulis, sed collegialiter, c. *Cum in cunctis*, in fi. de his, qua si. à major. par. Cap. & notant hic DD. & præcipue Imol. n. 9. & Abb. n. 7. vers. Venio ad secundum.

42 Absentes autem live vocati in casibus, in quibus sunt vocandi, live non vocati, ubi eos vocari non oportet, tenentur stare deliberationi factæ à majori parte præsentium, secundum glos. magn. hic & in c. *Præsentium*, in ver. *Ipsorum*, de testib. lib. 6. Itaque ad dubium videtur respondendum, adjectionem penarum valere quali conventionaliter, dummodo sint ex eo genere penarum, quæ pacto privatorum promitti, atque in conventionem deduci possunt.

Illud tamen omnittendum non est hujusmodi penas non afficere Canonicos successores, quia Canonici statuere non possunt in successorum præjudicium, ut tenent DD. hic, ubi in specie Jo. de Anan. num. 5. dicit per statuta Canonicorum non posse inferri præjudicium reale quoad omnes, nisi de consensu Episcopi.

43 Die 31. Maij 1607. proposito hoc dubio in Sacra Congregatione Concilij Patres unanimiter censuerunt, Capitulum posse penas adicere quasi conventionaliter, ex his videlicet, quæ pacto privatorum promitti, ac in conventionem deduci possunt, sufficereque consensum majoris partis Capituli; sed Canonicos successores non affici hujusmodi statutis, nisi ab Episcopo fuerint confirmata.

DE CONSTITUTIONIB.

Cap. Quam Ecclesiarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Constitutio facta super rebus non supposita jurisdictioni statuenti ipso jure non valet.
- 2 Constitutio laicorum non potest tribuere vassallo potestatem alienandi feudum quod tenet ab Ecclesia.
- 3 Civis habent facultatem condendi statuta in suis civitatibus. Etiam contra jus commune, num. 5.
- 4 Dum tamen sint licita, & de rebus eorum jurisdictioni supposita.
- 6 Statuta à Clero etiam cum Episcopo fieri non possunt contra Canones, sed bene à populo contra jus commune.
- 7 Et que sit ratio differentie.
- 8 Pauperis non est iusta causa auferendi bona aliena.
- 9 Eleemosynam tempore egestatis potest sacere monachus de bonis monasterij, etiam sine licentia Prelati.
- 10 Si necessitas sit extrema, aliàs fecus.
- 11 Pauperi subveniendum est de proprio, non de alieno, si re sua culpa in egestatem incidit, si ve non. & num. seq.
- 12 Eleemosyna pro nutrimento indistinctè danda est.
- 13 Pauper & inops in quibus differant, remissive.
- 14 Statutum laicorum specificè disponens de Ecclesiis,

- vel earum bonis, non valet etiam si alios conjungat.
- Idem in consuetudine laicorum. n. 52. & n. 100. Nec inde ulum præjudicium Ecclesiis generatur. n. 19.
- Ampliatur novem modis, ut n. 20. & seq. & n. 57
- 15 Et statuary sunt ipso factio excommunicati, & privandi sunt feudo quod habent ab Ecclesia.
- 16 Latci super Ecclesiis, earumq; personis ac bonis nullam habent jurisdictionem, & n. 26. & 31.
- 17 Statuendi potestas à jurisdictione regularatur.
- 18 Statutum excedens potestatem statuentium, est ipso jure nullum.
- 20 Statutum laicorum disponens super rebus, quæ ratione solius domini directi pertinent ad Ecclesiis, & ratione utilis domini pertinent ad laicos, vel è converso non tenet.
- 21 Idem è disponat de bonis patrimonialibus clericorum.
- 22 bona patrimonialia clericorum non sunt de foro laicorum, nec eorum statuta ligantur.
- 23 Forum sortiri, & statuta ligari à pari procedunt.
- 24 Statutum factum à laico contra personas seculares intuitu clericorum, puta contra eorum consanguineos, est contra libertatem Ecclesiasticam.
- 25 Leges Imperatorum ac Principum de Ecclesiis, earumve personis ac bonis specificè disponentes, sunt nullæ ex defectu potestatis.
- 26 Etiam in materia, in qua contrarium non reperitur statutum de jure canonico.
- 27 Nec servari debent etiam de honestate. Quod procedit etiam si fuerint edita ab Imperatoribus ad instantiam Ecclesiæ. n. 28. Item procedit etiam si concernant favorem, & commodum Ecclesiarum. n. 30. Item procedit etiam si à Gratiano sint inserta in volumine decreti. n. 33. Item procedit etiam si fuerint edita ex iusta causa. num. 41. 44. & seq.
- 28 Ecclesia non potest se submittere superioritati, ac legibus Imperatorum.
- 29 Lex civilis per Papam inserta Canonis servari debet tanquam lex Canonica.
- 32 Lex Principis generaliter loquens, ubi Canon non contradicit, servari debet etiam quoad Ecclesiis, nisi de ipsis Ecclesiis vel bonis earum specificè disponat.
- 34 Leges civiles, qua procedunt privilegiando Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, an valent. & in seq. usque ad n. 41.
- 35 Privilegium est lex licet specialis, & privata, & differt à lege communis sicut species à genere.
- 36 Genus à quo remaneret, & qualibet ejus species.
- 37 Privilegium regulariter subdito est concedendum, & non aliq. Sed contra, n. 39.
- 38 Princeps propria autoritate non potest in favorem Ecclesiæ privilegium concedere.
- 39 Contrarium.
- 40 Declaratur.
- 41 Statuti ad validitatem non sufficit iusta causa, sed præcipue potestas statuentis requiritur. & n. 41.
- 42 Alienationem feudi in Ecclesiam an capitula feudalia prohibere possint. & in seq. usque ad n. 57. & n. 94. & seq.
- 43 Ecclesia est cultrix iustitie, nec in se injustum patitur, nec in alium tolerat.

- 44 Causa etiam gravissima non tribuit statuendi potestatem non habenti.
- 45 Lex injusta est ex auctore, quando fertur ab eo ultra sibi commissam potestatem, etiam si ordinatur ad bonum commune.
- 46 Statuendi potestas magis est necessaria ad legem condendam, quam causa boni publici.
- 47 Lex civilis specificè disponens de Ecclesiis inducta super ratione naturali, nec contradicens Canonis, servatur non ratione legis Principis, sed ratione naturali super quam fundatur.
- 48 Canone, vel lege deficiente recurrendum est ad rationem naturalem.
- 49 Statuta laicorum an possint præjudicare Ecclesia in acquirendis. & in seq.
- 50 Argumentum à pacto, vel testamento ad legem, statutum, vel consuetudinem, an, & quando procedat. & n. seq.
- 51 Princeps in bonis subditorum nullum habet directum, vel utile dominium, sed tantum protectionem, jurisdictionem, & quoddam dominium universaliiter consideratum. & n. 113.
- 52 Feudales consuetudines specificè disponentes de rebus spectantibus ad Ecclesiis, vel personas Ecclesiasticas ratione utilis domini, non valent. & n. 94. & seq.
- 53 Feudum an transeat in monasterium, si feudatarius fiat Monachus. & n. seq. & n. 57. usque ad n. 66.
- 54 Feudum perpetuum ad omnem heredem transit, quia redigitur ad ius proprietatis, & potest appellari francum.
- 55 Sed si sit ad vitam, morte naturali finitur.
- 56 Finito jure dactoris, finitur jus acceptoris.
- 57 Regularis ex Ordine Fratrum Predicatorum ad Episcopatum assumptus an succedat in feudo aperto postquam fuit consecratus Episcopus, latissime discutitur, ut n. seq. usque ad n. 108.
- 58 Feuda secundum Canones habere possunt Clerici, Religiosi, & Episcopi.
- 59 Vassallus si fiat Clericus, vel Monachus, in feudo non succedit, & si quod habet, perdit. Declaratur n. 61. & seq. usque ad n. 66.
- 60 Feudum ita demum transit in monasterium si tale requirat servitium, quod à religioso vassallo, vel monasterio possit honestè per se, vel per alium explicari; aliàs secus. & n. seq. usque ad n. 66. & 79. usque ad n. 108. Declaratur, ut n. 105.
- 61 Miles sacris esse definit, qui factus est miles Christi. Declaratur n. 104.
- 62 Beneficium non pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.
- 63 Feudalia jura in exclusione Regularium à successione feudi summummodo contemplantur eorum inhabilitatem ad servitium.
- 64 Feudum si ve fuerit apertum ante, si ve post professionem vassalli, transeat in monasterium, si servitium possit honestè à monacho, vel monasterio per se, vel per alium exhiberi.
- 66 Feudi servitium, an, & quando possit explicari per substitutum. & n. seq. usque ad n. 79.
- 67 Feudum si sit nobile, antiquum, & honorificum, liberum, francum, & expeditum, vassallus intelligitur absolutus ab omni servitio præterquam ab expresso in investitura.
- 68 Servitium, quod præstatur in signum recognitionis, cum sit annuum, in quocunque statu præstari potest.

- 69 Obsequia à vassallo præstanda sunt adinstar eorum, quæ libertus debet patrono.
- 70 Obsequia, quæ debet patrono libertus, sunt honoris & reverentia.
- 71 Homagium, & sacramentum fidelitatis honestè à religioso vassallo præstari potest per seipsum.
- 73 Abbatis vel Prioris exire debet è clausura ad homagium, & juramentum fidelitatis præstandum pro feudo, quod monasterium habet à domino temporali, secus post Bullam Pij V.
- 74 Forma fidelitatis nihil continet, quod à vassallo religioso, & Episcopo non possit honestè per se, vel per alium explicari.
- 75 Vassallus ex forma fidelitatis non tenetur ad militandum, præsertim in propria persona.
- 76 Est optio in optioe ipsius an ad expeditionem bellicam velit ire, vel mittere, an subministrare dimidium redditus unius anni. & n. 78.
- 77 Non tenetur sequi dominum in bello, neque ad alia servitia personalia, nisi hoc expresse sit casum in investitura.
- 79 Monachus factus Episcopus paternam hereditatem vendicat, non sibi, sed Ecclesiæ. & n. 88.
- 80 Spolia Episcopi Regularis morientis ab investito in Indijs Orientalibus ad propriam Ecclesiam pertinent.
- 81 Feudum Regularis ad Episcopatum assumpti transit in Ecclesiam, si servitium honestè præstari possit per se, vel per substitutum. & n. seq. usque ad n. 108.
- 82 Monachus factus Comes per Papam, succedit in feudo aperto postquam factus est Comes.
- 83 Vassallus factus Episcopus censetur habitus ad inserviendum per substitutum, licet feudum requirat servitium personale. & n. 85.
- 84 Episcopus est susceptibilis in feudo paterno.
- 85 Episcopi & Cardinales resinent feuda ad eos devoluta jure successione.
- 86 Regularis si fiat Episcopus, non per hoc absolvitur à voto paupertatis. & n. 89.
- 87 Et cum nihil habeat, nihil donare potest.
- 88 Regularis Episcopus qui quid post suam consecrationem acquirat, non sibi, sed Episcopatu acquirat.
- 89 Frater minor si fiat Episcopus, non efficitur capax successione, sed tamen bonam in suam Ecclesiam deserunt.
- 90 Feudum est beneficium Principis, & latissime interpretandum.
- 91 Clericorum appellatione in materia feudali veniunt clerici etiam Regulares, & Episcopi, etiam si vocetur clericus major natu. n. 93.
- 92 Inhabilis ad inserviendum feudo si habitus ad succedendum, censetur etiam habitus ad inserviendum per substitutum.
- 94 Feudorum liber est authenticus, & alligari potest ad decisionem causarum, & ligat etiam Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas.
- 95 Fallit quoad Capitula, quæ de Ecclesiis, vel personis, ac rebus earum specificè disponunt.
- 96 Leges civiles, quæ loquuntur de emphyteusi Ecclesiæ, servari non debent.
- 97 Feudorum liber non emanavit à Principe, sed à privatis hominibus non habentibus auctoritatem legis condenda.
- 98 Et idè secundum aliquos non ligat. Sed contra, & cur. n. 99.
- 99 Consuetudines feudorum cum sint supra hominum

- num memoriam habent vim privilegij, & videtur ab Ecclesia approbata.
- 100 Fallit in capitulis, quia sunt contra immunitatem Ecclesiasticam.
- 101 Episcopi propter excellentiam dignitatis non comprehenduntur in capitulis feudibus excludentibus clericos & monachos a successione feudum.
- 102 Feudum proveniens ab Ecclesia Romana est Ecclesiasticum.
- 103 Et ad illud non extenduntur jura feudalia excludentia a successione feudum clericos & monachos.
- 104 Religiosus, & Episcopus si fiat vassallus Ecclesie Romanae, non desinit esse miles Christi.
- 105 Feudum apertum Religioso ad Episcopatum assumpto transit in Cathedralium Ecclesiam quoad commoditatem doming. utilis durante vita naturalis ipsius Episcopi. & n. 107.
- 106 Feudalia iura, que ex sui natura non transeunt nisi ad heredes sanguinis, ut Regnum, Ducatus, & Baronia, non transeunt in monasterium, vel Ecclesiam sed remanent generi.
- 107 Declaratur.
- 108 Principis scriptum, lex, vel statutum in lesionem iuris alterius an valeat nec ne, distinguitur. & n. sequ. usque in finem.
- 109 Quid si Princeps auferat jus questum vel acquirendum de jure naturale, id est gentium. Et quid si procedat sine justa causa, & hoc sit certum. n. 112.
- Et quid si ex justa causa, & hoc pariter sit certum. n. 118.
- Et quid si dubium sit an justa causa subsit. n. 120.
- Et quid si auferat jus alteri competens de jure civili. n. 133.
- Et quid si jus ex toto non auferatur, sed differatur. n. 139.
- 110 Domina sunt de jure gentium. Sed modi acquirendi per jus civile distinguuntur. n. 116.
- 111 Jus gentium dicitur etiam jus naturale.
- 112 Imperator quantum habeat jurisdictionem in universis, non tamen habet dominium rerum privatarum.
- 114 Leges auferentes rem alterius sine justa causa sunt tyrannice.
- 115 Consuetudo, per quam sine causa jus alterius auferatur, non valet.
- 117 Papa an sine causa possit auferre alicui officium, vel beneficium remissive.
- 119 Causa justa auferendi rem alterius est favor publicus.
- 120 Princeps in auferendo rem alterius in dubio presumitur motus ex justa causa. Contrarium. n. 124.
- 121 Et contra hujusmodi presumptionem probatio non admittitur.
- 122 Contrarium. & n. 123.
- Declaratur quatuor modis, ut n. 125. & seqq.
- 123 Principis assertio non probat justam causam auferendi rem alterius, sed tantum transfert omnem probandum in adversarium.
- 125 Princeps rescribendo contra jus questum ex suo contractu non presumitur motus ex justa causa.
- 126 Princeps non potest suo vassallo sine causa cognitione feudum auferre. & n. seq.
- 127 Feudum est contractus ultra citro, obligatorius.
- 128 Princeps rescribendo contra concessionem suam etiam gratiam, non presumitur ex justa

- causa motus, sed circumventus.
- 129 Et hoc presumpcio est juris, & de jure non admittens probationem in contrarium.
- 130 In concessionibus Principum prima attenditur, nec per secundam prima derogatur.
- 131 Princeps rescribendo contra jus tertio questum de jure gentium non presumitur motus ex justa causa respectu non subditorum.
- 132 Idem si causa in rescripto expressa sit frivolae, seu irrationabilis.
- 133 Actiones a jure civili sunt prodita.
- 134 Principis rescriptum, lex, vel statutum auferens ex toto jus alteri competens de jure civili non valet, nisi adiciatur clausula: Non obstante lege, &c.
- 135 Vel nisi alias constet de expressa voluntate Principis.
- 136 Sed in rescriptis Papa requiritur derogatio regulae de non tollendo jus questum.
- 137 Princeps non potest actionem alteri competentem sic auferre, quin reddat justitiam.
- 138 Et hoc casu sine actione formalis agi potest ex sola obligatione naturali.
- 139 Princeps potest modicam lesionem inferre dando dilationem debitori, ut non possit interim conveniri.
- 140 Jus merè civile tolli potest ab eo, qui jurisdictioni preest, si super eo faciat legem municipalem.
- 141 Lex civilis potest jus naturale distinguere, & adjuvare, eiq. addere, vel detrabere.
- 142 Princeps secularis an possit distinguere, limitare, & interpretari jus divinum.

QUAE IN ECCLESIA RUM. Constitutio laicorum Ecclesiam, seu ejus bona non adstringit, hoc dicit Jo. Andr. vel aliter secundum Petrum de Anchar. Constitutio facta super rebus non suppositis jurisdictioni statuentis, ipso jure non valet. Vel specialius secundum Cardinal. Constitutio laicorum non potest tribuere vassallo potestatem alienandi feudum, quod tenet ab Ecclesia. Dividitur in duas partes. In prima ponitur Constitutio. In secunda ejus cassatio, ibi, volentes.

1 Notat primo ibi: Cives Terrivini constituerunt. Cives habere facultatem condendi statuta in suis civitatibus, prout hic notant Abb. in 1. notat. & Dec. num. 10. post gloss. primam, & Bald. n. 1. dicentes, id eis licere tam jure fori, quam jure poli. Hujusmodi enim potestas competit cuilibet populo, seu universitati populorum constituenti, l. Omnes populi: & ibi plenè Barr. ff. De Inst. & Jur. S. ius autem, inf. de jur. natural. gen. & civil. cap. Ius civile, 1. dist. 1. Butr. & Anchar.

4 hic in primo notat, & Imol. n. 4. dum tamen alias sint licita, & de rebus suis jurisdictioni suppositis, secundum Anchar. & Imol. Quod locum habet etiam si statuta sint contra jus commune, ut probatur in l. item eorum, ff. Quod cuiusque universitatis, in l. Prohibere, §. Planè, ff. Quod vi, aut clam, & in l. 1. c. De emancipat. liber. & firmat Albericus de Rosate in 1. part. statut. q. 7. vers. Sed quid si statutarum, quem sequitur Felin in cap. quod super his, n. 2. de major. & obedient. & Dec. hic n. 18.

6 Et in hoc signa differentiam inter populum & clerum. Nam clerici etiam cum Episcopo po-

testatem non habent statuendi contra Canones. Ut est textus in d. cap. Quod supra his; & ibi dixi, n. 26. plenè Federic. de Senis, cons. 17. Quasi talis est, per totum Petr. de Anchar. in rescript. Cap. Canonum statuta, numer. 188. vers. In contrarium, & numer. 190. vers. Accedit huic utilis questio, supra cod. Jas. in d. l. Omnes populi, col. 2. num. 30. de Inst. & Jur. Dec. hic num. 12. Rationem diversitatis assignat Abbas in cap. fin. num. 9. vers. Sed pulchrum est videre, inf. de consuet. Quae tamen ratio forte est magis subtilis, quam vera; & eum rebellit Felin. in d. cap. Quod super his, numer. 2. vers. Sed difficile est investigare rationem, de major. & obedient. & numer. 3. approbat rationem differentiae, quam ponit Jo. de Imol. in cap. fin. num. 10. vers. Sed certe potest dici, de officio, legat. n. ompe quod populus idcirco potest statui contra jus civile, quia statuendi potestas fuit ei concessa, & approbata per Imperatorem in d. l. Omnes populi. Alias enim forte non posset contra jus statuere, cum omnis potestas translata fuerit de populo in Imperatorem, secundum ea quae notantur in l. fin. in verb. Solus Imperator. c. de legib. Quod latius prosequere, ut per Felin. ubi supra.

5 Secundo nota ibi: Se ad inopiam vergere probabiliter alligaverit. Inopiam non esse iustam causam auferendi bona aliena. Cardin. & Imol. hic in 2. notat. Nam etiam subveniendum sit in egestate constitutus, cap. Non satis, vers. Si quartamen, 23. dist. 1. & tempore necessitatis omnia sunt communia, cap. Sicut ibi, 47. dist. 1. cap. 3. inf. de fur. ideoque in tali casu liceat etiam monacho, qui nihil habet, facere elemosinam de bonis monasterii, etiam sine Praelati licentia, ut notatur in cap. Non dicatu, in gloss. in verb. Possidere, 12. quest. 1. & in cap. Alia, in verb. Si minus, 16. quest. 1. tamen haec vera sunt quoad constitutos in extrema necessitate, & ne quis fame pereat, juxta text. in 6. Pasce fame morientem, 86. dist. 1. At in casu statuti Tervivini, de quo hic, potuisset esse feudum longè majoris valoris: & nihilominus existent in necessitate subveniendum est de proprio, non de alieno, si ve sua culpa in egestatem incidit, live non, cap. Quiescamus, 42. dist. 1. quod intelligit ibi gloss. in verb. postulat, circa finem de elemosina, quae datur pro nutrimento, quae indistinctè danda est, ut ibi, & in cap. Quam pio 1. quest. 2. & in alijs concordant, in gloss. alleg. Sed de alieno nunquam licet facere elemosinam, cap. Tua, 11. 2. cap. Ex transmissa & ibi gloss. magna circa finem, vers. Alias si dominum, infra de decimis: & notatur in cap. 2. in gloss. 2. de consuet. & per Cardin. hic n. 10. in 7. opposit. Quibus adde D. Thomam in 2. 2. quest. 32. art. 7. ad 3. Quis autem dicatur in opem, & de differentia inter inopem, & pauperem, vide hic per Card. in 2. not. Bellam. in princ. in verb. Inopiam, & Dec. n. 5. post Archid. in cap. Quo jure, 2. dist.

14 Tercio nota ibi: Constitutionem hujusmodi. Statutum laicorum super rebus ecclesiasticis non valere, ut hic est text. celebris, qui quotidie a Doct. allegatur. Quod clarum est secundum omnes, quando de ipsis rebus ecclesiasticis specifice disponit, etiam si alios conjungat, ut hic per Butr. num. 3. & Imol. num. 4. & notat Bart. in l. Omnes populi, numer. 36. ff. De inst. & jure, & in

- 15 l. Cunctos populos, numer. 28. c. De Sum Trinit. & fid. Catholic. & statutaris, nisi infra duos menses statuta hujusmodi deleri fecerint, sine ipso facto excommunicati, ut cap. Noverit, de sentent. excommunicat. & not. gloss. in cap. Gravem. in verb. Promulgare, cod. tit. Cardin. hic numer. 2. Abb. cons. 83. Praesens dubium, numer. 2. vers. Quinimo statuentes, libr. 1. & privandi sunt feudo, quod habent ab ecclesia, ut in dicto cap. Gravem, cum gloss. in verb. Privatus. Ratio conclusionis est secundum Innocent. hic in princ. quia laici super ecclesijs, & earum personis, ac bonis nullam habent jurisdictionem, c. 1. 10. dist. c. Bene quidem, 96. dist. 6. Cum causa, de re & jud. statuendi potestas a jurisdictione regulatur, ut notat Barthol. in d. l. Omnes populi, in prima questione principalis, ff. De inst. & jure. Bald. in l. final. per illum text. ff. De iurisdic. omnium. & in l. Decernimus, col. 2. numer. 7. vers. Redeo ad primum: c. De sacros. eccles. Butr. in cap. Cum omnes, col. penult. numer. 29. & 30. supra eod. Anchar. in rescript. cap. Canonum statuta, in 9. quest. supra cod. Dec. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae, numer. 89. infra eod. Quare hujusmodi statuta tanquam excedentia limites potestatis statuentium sunt ipso jure nulla, ut hic per Abb. in 2. notat, & Dec. num. 14. nec inde illum praedictum ecclesijs generatur, ut hic patet, & in dicto cap. Bene quidem, 96. dist. 6. glo. prima, hic, & Innoc. in princ. & quod hic dicitur de statuto, idem intelligat de consuetudine, ut dicam infra num. 52.
- 16 Etiam si statuta laicorum disponant super rebus, quae ratione solius domini directi pertinent ad ecclesias, & ratione utilis domini pertinent ad laicos, prout hic erat in bonis feudibus, quae laici habebant ab ecclesia. Et ad hoc quotidie allegatur hoc cap. secundum Abb. in 3. notat. & idem dicendum si statuta disponant super rebus, quae ad Ecclesiam spectant ratione utilis domini dumtaxat, ut hic per Decium num. 19.
- 17 Ampliatur secundo etiam si statuta hujusmodi disponant de bonis patrimonialibus clericorum, ut concludit Butr. hic num. 20. col. penult. post med. vers. Si autem loquatur in patrimonialibus. Et Abb. in d. cap. Ecclesia sanctae Mariae, in lectura num. 21. Felin. num. 8. & Dec. num. 176.
- 18 Ratio est, quia eiusmodi bona non sunt de foro laicorum, ut est text. in l. Decernimus. c. De Episcopali audent. & notat Oldrad. in cons. 83. An Episcopus numer. 4. vers. Cum ergo clerici. Ergo nec eorum statuta ligantur, quia forum ferti, & statutis ligari a pari procedunt, cap. Ve animarum de Constitut. lib. 6. & est regula, quam post Innoc. tradit Anton. de Butr. in rubr. de consuetud. numer. 7. vers. Nam regulam habentis. Archid. in cap. Quo jure num. 18. 8. dist. 1. Specular. in tit. de Constitut. §. 1. Cald. cons. 34. Statuto, de rebus. Dec. hic numer. 15. Card. Serraph. decis. 1018. num. 6. & hoc modo arguit Dec. in d. cap. Ecclesia sanctae Mariae, num. 176. & adde quod ibi dixi, nu. 79. de exemptione bonorum patrimonialium clericorum a seculari potestate.
- 19 Ampliatur tertio etiam si statuta fiant a laicis contra personas seculares intuiru clericorum, puta contra eorum consanguineos, quia dicuntur

tur contra libertatem Ecclesiasticam, ut notab. dicit Angel. in l. prima, numer. 3. ff. In juo-
 eat, ut eant. & auctum Bart. in l. prima in fine,
 ff. De his qua pan. nomin. & in l. si penes. C. De
 agric. & censit. lib. 11. quos sequitur Dec. in
 d. cap. Ecclesia Sancta Maria, numer. 180. infra
 eodem. Ad quod est bonus textus in cap. Sciatis
 unius, de elect. libro 6. cum similibus, & per
 eum

25 Ampliatur quarto etiam in legibus Impera-
 torum, ac Principum utrumque supremam in
 temporalibus jurisdictionem habentium, ut
 sunt leges Codicis, & Authentic, quae de Eccle-
 siis, Ecclesiasticisque personis, ac bonis ipsarum
 loquuntur, quia non valent ex defectu potesta-
 tis, ut concludit Abbas in d. cap. Ecclesia Sancta
 Maria, in lectura, numer. 10. vers. Ad primum dico,
 infra eodem 3 quem ibi sequuntur Felin. numer.
 40. vers. Recipit autem praedicta regula, in l. limi-
 tatione. & Dec. numer. 91. & fuit theoricus Jo.
 Andr. in cap. Non minus, nu. 14. infra de immunitat.
 Eccles. ibi: (Non video quod lex non solum Di-
 gestorum, sed etiam Codicis, vel Authenticorum
 possit contringere Ecclesias ad talia.) Quam
 illic approbant Butr. numer. 10. & Abbas di-
 cens communem theoricam, numer. 18. & 20.
 Idem docuit Bart. in l. 1. num. 80. C. De Sacra-
 sanda. Eccles.

26 Ampliatur quinto, etiam lex civilis dispo-
 nat de rebus, vel personis ecclesiasticis, vel bo-
 nis earum in materia in qua contrarium non re-
 peritur statutum de jure canonico, quia nihil-
 ominus non est servanda, licet Canon non con-
 tradicat: talis enim lex est nulla, tanquam con-
 dita a non habente potestatem. l. fin. de juris-
 dict. omni. judic. cap. Anobis, si primo de sentent.
 executivae. cap. ut animarum de Constitut. lib. 6.
 cum certum sit Imperatorem nullam habere po-
 testatem super Ecclesias, & personas ecclesiasti-
 cas, earumque bona, ut in dicto cap. Ecclesia San-
 cta Maria 3, & melius in cap. si Imperator, & in
 cap. Cum ad verum, 96. distincta. & firmat Abbas
 in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, in lectura, num.
 10. vers. Ad primum dico, & in repetit. num. 15.
 vers. Sed nihilominus. & Felin. dicto num. 40. vers.
 Recipit autem.

27 Ampliatur sexto, ut hujusmodi leges de eccle-
 siis, vel earum bonis, aut personis specificè dis-
 ponentes servari non debeant etiam de honestate,
 ut idem Abbas firmat in dicto cap. Ecclesia,
 in lectura, num. 10. vers. Ad primum dico: & in
 repetitione, num. 10. circa finem. vers. Unde nec de
 honestate talis lex servanda est, idque duabus ra-
 tionibus. Prima est, ob defectum honestatis in
 legislatore. Secunda est, quia ex hoc denota-
 retur superioritas imperij ad Ecclesiam, confun-
 deretur ordo totius monarchiae, & esset res per-
 niciosae exempli: & sequitur Felin. loco citato.

28 Quod latius proflequitur in dicto cap. Ecclesia Sancta
 Maria, num. 11. quomvis Abbas in repetit. d.
 do nu. 15. ad finem vers. Et procedat hoc, dicat
 praedicta procedere, quando Imperator facit legem
 motu proprio, non ad instantiam Ecclesiae,
 ut cap. 2. 97. distincta. hoc tamen, salva illius
 reverentia non puto verum, quia Ecclesia cum
 jure divino sit exempta a seculari potestate, non
 potest etiam sponte se submittere superioritati,
 ac legibus Imperatoris, ut notat Jo. Andr. in

dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, numer. 50. vers.
 Ille vero qui est super omne solum, infra eodem, &
 probavi facillime in cap. significasti, a num. 71. de
 elect.

29 Nec obstat quod lex civilis servari debeat, si
 ab Ecclesia sit canonizata, ut dicitur in sequenti
 ampliatione, numer. 33. quoniam eo casu ser-
 vari debet non tanquam lex civilis, sed tan-
 quam lex canonica, quia: Omnia nostra faci-
 mus, & c. l. 1. §. Sed neque, C. De veteri iur. enu-
 cleand. cap. Cum aliquibus, de rescript. lib. 6. cap.
 Si cum, & cap. Hi qui, de prebend. eodem lib.
 Unde lex canonizata dicitur Canon, & sic mu-
 tat nomen, ut notat gloss. in cap. Imprimo, in
 verb. Capituli, 2. quest. 1. quam alii relatis se-
 quitur Felin. in cap. 1. not. de praesumptionibus, &
 secundum hoc Romani Pontifices sapientissime
 dant suas decisiones in dictis legibus, ut cap. Ex
 antiquis, 54. distincta. cap. Accusationes, & cap. Cu-
 jus in agendo 3. quest. 8. cum multis similibus, ut
 per Felin. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, num.
 36. vers. eod.

30 Ampliatur septimo, etiam si statuta laicorum
 & leges Imperiales rediunt in favorem, &
 commodum Ecclesiarum, quia nihilominus non
 valent ex defectu potestatis, ut est textus apertus
 in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, infra eodem,
 & in cap. Bene quidem, 96. distincta. ubi laici li-
 cet religiosi sint, & potentes, de facultatibus ec-
 clesiasticis licet decernere quolibet modo
 prohibentur. Et hic tenent gloss. 1. Hostiens.
 num. 1. & alij communiter, Abbas conf. 83. Prae-
 sens dubium, numer. 2. lib. 1. & in dicto cap. Eccle-
 sia, in lectura num. 10. vers. Ad primum dico, &
 in repetit. num. 26. & in cap. Non minus, num.
 20. de immunit. Ecclesiar. & in cap. In presentia,
 numer. 29. vers. Et in hoc dubio aliter sentio, de probat.
 ubi ait, legem civilem specificè disponen-
 tem super rebus ecclesiae, praeterim prohiben-
 do, vel certam solemnitatem dando, est in favo-
 rem ecclesiae non tenere, cum non habeat po-
 testatem: allegat text. in dicto cap. Ecclesia San-
 cta Maria, & Joan. Andr. qui hoc tenet in cap.
 Constitutus, numer. 17. vers. Circa primum solutio-
 nem, de rel. g. domini. Calder. in cap. De nov. oper.
 nuntiar. Item bona gloss. in cap. 1. in verb. Tra-
 ctatus, circa med. & ibi Innocent. numer. 2. in dicto
 verb. Tractatus, vers. Nunc credimus necessaria, de reb.
 Eccles. non alien. lib. 6. Et quomvis Abbas sub-
 dat legem Principis generaliter loquentem de-
 bere observari quoad Ecclesias ubi canonibus
 non contradicit, ut in dicto cap. 1. de nov. oper.
 nuntiar. tamen dicit locus esse, quando specifi-
 cè disponit de Ecclesia, vel eius bonis, quia non
 potest Imperator ponere falcem in mellem alie-
 nam, contra cap. novit, de judic. & cap. Duo
 sunt, 96. distincta. & sequitur Felin. in dicto cap.
 Ecclesia Sancta Maria, numer. 40. vers. Recipit autem
 praedicta regula, & ibi etiam Dec. numer. 91. infra
 eodem.

33 Quae ampliatio locum habet etiam si leges hu-
 jusmodi sint insertae a Gratiano in volumine De-
 cretorum, quia per hoc non dicitur canonizatae,
 nisi a Papa canonibus sint insertae, ut per Felin.
 dicto num. 40. vers. Et si limitatio: & scripsi ple-
 nitus in cap. Canonum factura, numer. 38. 39. & 45.
 supra eod.

34 Ampliatur octavo, etiam si leges civiles procedunt

dant privilegiando Ecclesias, vel personas Ec-
 clesiasticas, secundum opinionem Gasp. Calder.
 in Reper. cap. Populisti, num. 62. de penitent. &
 remiss. Eius fundamentum est, quia privilegium
 est lex, licet specialis & privata, cap. Privilegia, 3.
 distincta. §. fin. vers. Cum ergo, 2. §. quest. 1. & dif-
 fert a lege communi sicut species a genere; sed
 per legem non potest sicut locum, & personam
 non subditam includere, l. Cunctos populos, in
 princip. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica,
 & cap. Ut animarum, de Constitut. lib. 6. Ergo
 nec per privilegium. Tenet consequentia, quia
 a quo removetur genus, & qualibet ejus spe-
 cies, cap. Ponale, 14. quest. 5. l. Etilus, in fin. ff. De
 donat. & nu. 63. allegat Hostiens. in Summa, de
 37 privileg. §. Cui concedendum, ubi ait: (Privile-
 gium regulariter subdito esse concedendum, &
 non alij.) Et regulariter tradit, quod illi potest
 concedi privilegium, quem constituitur conceden-
 tis arcere potest. Et subdit Calder. hanc
 esse rationem, quare etiam deinceps in favo-
 rem Ecclesiae non potest privilegium concedere
 propria auctoritate, quia non potest ei, si ve-
 super eam legem condere, per cap. Bene quidem,
 96. dist. & notat per Innoc. hic, & in cap. Auditis,
 de integ. restit.

38 Sed contrarium ex diametro tenet Abbas in
 d. cap. Ecclesia, in lectura, numer. 10. vers. Dicerem
 tamen, & in repetitione, num. 1. §. circa finem. vers.
 Dicit enim haec esse vera, ubi conclusionem supra
 firmatam, quod leges specificè disponentes de
 Ecclesiis non sint servandae, etiam de honestate,
 limitat, nisi sint merè privilegiativae; quia
 tunc cessat ratio inferioritatis, cum possit privi-
 legiari etiam non subditus; & ita intelligit tex.
 in cap. Novit, de iudicis, ubi allegatur lex Theo-
 dosij Imperatoris, & cum eo tranfieri Felin. d.
 num. 40. vers. Dubius tamen casibus, dicens hunc ca-
 sum esse satis clarum. Sed & Host. in Summa, de
 privileg. §. Qui possit, vers. Sed nunquid Imperator
 generaliter tenet Imperatorem posse privi-
 legiare Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, &
 idem notat in tir. De immunit. Eccles. §. Aquibus
 maneribus, col. 3. vers. Ego puto, & col. seq. vers.

40 Item hac vera sunt ibi: Cum ergo Princeps. Pro
 concordia dici possent Imperatores, ac Principes
 seculares non posse privilegiare Ecclesias, &
 personas Ecclesiasticas in spiritualibus, sed bene
 in temporalibus, quae habent in eis, cap. In Syno-
 do, 63. dist. juncta gloss. in verb. Concessionis, & est
 distinctio Innocentij in d. cap. Auditis, in princ. de
 integ. restit. cum quo concordat Hostiens. in
 Summa de appell. §. Aquo, col. 3. vers. Sed pone, ibi
 nec enim puto, dum ait, laicos quoad laicos, vel
 quoad jus suum pertinet, posse Ecclesias privi-
 legiare, & sic intelligit cap. Auditis, de rescript. c.
 Inter delectos, de fid. instr. d. cap. Auditis, de integ.
 restit. cap. Constantinus, 96. distincta. & cap. Dudum,
 de decim. unde privilegium indultum ad Impera-
 tore alicui Ecclesiae valet contra privatos sibi
 subditos, sed non contra alias Ecclesias, nisi au-
 thoritas Papae interveniat, cap. Hinc etiam, 17.
 dist. & hic notat Henric. Boychnu. 1. in fin. vers.
 Unde privilegium post Archidiacon. in cap. Quo iu-
 re, 8. dist.

41 Ampliatur ultimo, etiam si statuta & leges hu-
 jusmodi edantur ex justa causa, prout erat in ca-
 su hujus decretalis propter pauperitatem, quia
 Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

nihilominus ob defectum potestatis non valent,
 ut hic deciditur, & in notab. casu tradit Angel.
 conf. 23. Nulla persona, quem sequitur Dec. hic
 num. 18. & ratio est evidens, quia ad validita-
 tem statutorum, ac legum non sufficit iusta cau-
 sa, sed praecipue potestas statuentis requiritur, ut
 in eodem casu tradit Abbas conf. 81. Praesens du-
 bium, per totum lib. 1. & Dec. d. num. 18. &
 notat Bald. in conf. 326. Rex Romanorum, num. 2.
 in princip. vers. Item certum est quod potentia, lib. 1.
 Surdus conf. 301. sub num. 45. vers. Et non movet,
 cum seq. col. 3. dicens, & bene, quod licet ad
 Principem saecularem spectet providere circa
 politicam temporalem, & ea, quae publicum bo-
 num circa temporalia respiciunt, non tamen
 personas, & res Ecclesiarum, vel Clericorum attingere
 potest, quia ad illius statuti validitatem
 non sufficit iustitia causa, ac bonum publicum,
 nisi concurrat auctoritas.

42 Et ex hoc redditur valde dubitabile, quod hic
 notat idem Bald. num. 19. & 20. videlicet Ca-
 pitula feudalia prohibentia alienationem feudi
 in Ecclesiam valere, nec dici posse contra liber-
 tatem Ecclesiasticam, cum sint feudata in ratio-
 ne naturali, & inconvincibili; quia Ecclesia est
 cultrix iustitiae, nec in se injultum, nec in alium
 tolerat, cap. 1. De feud. alien. & in cap. Auditis,
 vers. Nec feudatarius.

43 Sed certe haec ratio non est concludens, quia
 causa etiam gravissima non tribuit statuenti
 potestatem non habenti, ut ipsemet Bald. no-
 tat in l. Cunctos populos, num. 55. vers. Ita ratio
 non valet. C. De Summa Trinitate, & fide Catholica,
 Butr. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 20.
 ubi etiam Felin. num. 39. vers. Et dicuntur iuste,
 infra eod. Crotus in l. Filius sanctus §. Divi, num.
 80. ff. De legat. 1. Fortun. Gartz. in tract. de al-
 ium. fin. num. 143. in fin. vers. nec obstat ratio. Ber-
 ro in cap. 1. num. 220. supra eod. Quibus conso-
 nat doctrina Divi Thomae in 1. 2. quest. 96. artic.
 4. in fin. ubi docet leges dici iustas tribus modis.
 Primo ex fine, quia ordinantur ad bonum com-
 mune. Secundo ex auctore, quia lex lata non
 excedit potestatem ferentis. Tercio ex fama,
 quando onera imponunt subditis secundum a-
 qualitatem. Quamobrem causa boni publici,
 quae requiritur ad legem condendam, sola non
 sufficit, nisi etiam conditor habeat potestatem,
 & intra ejus fines se contineat. Quod ibidem
 expressè D. Thomas animadvertit dicens: legem
 esse injultam ex auctore, cum aliquam legem
 fert ultra sibi commissam potestatem, et-
 iam si ordinetur ad bonum commune. Imò po-
 testas statuenti magis est necessaria ad legem
 condendam, quam causa boni publici, quia haec
 respicit legis qualitatem, illa vero substantiam,
 sine qua nulla qualitas considerari potest. l. si
 nullam, §. si absentis, ff. De petit. hereditat. Quan-
 do autem lex civilis specificè disponens de Ec-
 clesiis est inducta super ratione naturali, nec re-
 peritur Canon contrarius, potest illa servari in
 foro Ecclesiastico, non ratione legis Principis,
 sed ratione naturali super qua fundatur, arg. cap.
 Pastoralis, de fid. instrum. Nam deficiente canone,
 vel lege, recurrendum est ad rationem natura-
 lem, arg. l. si oportet, §. Sufficit, ff. De excusat.
 tutor. & cap. Secundo requirit, in fin. de appellat.
 & declarat Abbas in dicto cap. Ecclesia Sancta Ma-
 M 2

ria, infra eod. in lectura d. num. 10. circa finem, vers. Ideo dico, quod ubi lex, & in reper. num. 15. circa finem, vers. Item si lex esset inducenda, & ibi etiam Felin. d. num. 40. vers. Duobus tamen casibus.

49 Nec urget argumentum Baldi hic num. 16. quod laicus licitum sit defendere suas jurisdictiones, & utilitatem publicam in acquirendis Ecclesiis, quia hoc potest pactum, & testamentum, ut l. fin. C. De rebus Ecclesia non alien. l. ult. C. De pactu inter emptorem. Ergo & statutum, ut notatur in l. Si ita quis, §. Ea lege, ff. De verb. obligat. & in l. 2. C. De iure emptor.

50 Nam respondetur non satis aperte argui a prohibitionem privati, ad prohibitionem Principis. Nam privatus habet in suo fundo plenum dominium, plenamque proprietatem, Princeps vero tantum protectionem, jurisdictionem, & quoddam dominium universaliter consideratum; non autem ullum directum, vel utile dominium ullius certi fundi, certive soli, gloss. in l. Bene à Zenone, in verb. Omnia Principis, C. De quadricenn. prescriptio. Abb. hic num. 11. vers. Si autem non subest causa, & in cap. Nimis, n. 1. De iure iur. Alex. cons. 76. In causa, & l. 1. n. 7. lib. 2. & ex communi DD. sententia Restaur. Castald. in tract. de Imper. qu. 92. lib. 2. Martin. Landen. de Princip. quast. 47. Francisc. Zoanetti. in tract. de Roman. Imper. num. 150. cum seqq. ubi id probat legibus, jurisconsultorum autoritatibus, rationibus, & historiarum monumentis.

52 Accedit, quod consuetudines feudales disponunt, ut personae Ecclesiasticae non modo feudum non acquirant, sed etiam ut perdant quod prius habebant, ut in cap. 1. §. Ex hoc illud, de feud. f. in eum concord. de quibus infra n. 59. Unde cum specificè disponant de rebus ad Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas pertinentibus ratione utilitatis domini, non valent ex defectu potestatis, ut est text. hic secundum ea, quae dicta sunt supra in prima ampliatione, n. 20. Quod enim hic dicitur de nullitate statuti, vendicat sibi locum etiam in consuetudine laicorum specificè disponente de Ecclesiis, vel earum personis, ac rebus, ut notat Butt. in d. cap. Ecclesia Sanctae Mariae, numer. 20. col. penult. ante med. vers. Si quis vivit, infra eod. allegat Bart. in l. Cunctos populos, numer. 28. C. De Summa Trinit. & sede Carol. & Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. De constitut. Et hic iunge quae dicam infra numer. 94. & seqq.

53 Fatetur tamen Baldus hic num. 20. feudum transire in monasterium, si feudatarius fiat monachus, quia haec est alienatio necessaria, & tantum durat apud monasterium, quamdiu vivit feudatarius vitæ naturali: eo autem mortuo, si feudum erat perpetuum, ad omnem heredem transit in perpetuum, quia tale feudum redigitur ad ius proprietatis, & potest appellari francum, ut cap. Insuper dilectos, de fidei instrum. Si autem erat ad vitam, quod interpretatur de vita naturali, morte naturali finitur, quia nulla remanent eius reliquiae, & finito iure datoris, finitur ius acceptoris, ut in cap. 1. §. Rursus, qui feudum dare, poss. l. Lex vetricalis, ff. De pignori. l. Vxor parvi, C. De legat. l. Si domus, §. ult. ff. De legat. l. 1. Qui tabernus, ff. De contrahen. empt. Sed tandem distinguit dicens: aut servitium feu-

di potest explicari per monasterium, & vera sunt praedicta, aut non; & tunc feudum redit ad dominum non mutatione personae, sed extinctione finalis causae, ut in cap. 1. de eo, qui arma bellic. de posuit.

Verum hoc latius examinabitur in quaestione sequenti.

57 QUÆRO. An Regularis ex Ordine Fratrum Prædicatorum ad Episcopatum assumptus succedat in feudo aperto, postquam fuit consecratus Episcopus? Evaluationem præbuit huic disceptationi feudum Castellionis Lacus Tralymeni apertum Episcopo Squillaceni per obitum Ducis à Cornea ejus fratris; cumque à Sanctissimo D. N. Innocentio X. iussu fuerim scripto proferre quid pro veritate responderem, respondi ut infra, videlicet:

58 Beatissime Pater; Cùm feudum hoc non sit hæreditarium, sed ex pacto, & providentia, proposita quaestio est valde implexa, & difficilis, tum ob varietatem opinionum, de quibus per Capyc. decis. 10. num. 4. & seq. Tum quia secundum canones clerici, religiosi, & Episcopi possunt habere feuda, ut de clericis patet in cap. Ex transmissa, & cap. Reum, de iur. competen. & in cap. Nima, de iure iur. De Religiosis est expressum in cap. 1. §. Verum, & ibi Gemin. in 2. not. de stat. regul. lib. 6. Et de Episcopis constat ex cap. Si Episcopus, junda gloss. in verb. Regia, 18. distinct. ex cap. Si quis laicus, 2. qu. 5. & ex cap. Solita, de major. & obed. & de omnibus tradit Calder. cons. 2. An clericus, num. 1. vers. Item hoc probatur, de feu. & Felin. in cap. In presentia, num. 46. vers. Ad idem, de probatione.

56 Contra vero jura feudalia nominatim excludunt clericos, & monachos à successione, & retentione feudi, ut in cap. 1. §. Qui clericus, si de feud. desunt, content. s. inter Dom. n. & agnat. vassall. ubi dicitur: Qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit, & in cap. 1. §. Ex hoc illud, de feud. f. in eum, ibi; Qui habitum religionis assumunt, ut conversi, nec postea in feudo succedunt, & si quod habent, perdunt, & in cap. 1. de vassall. milit. qui arma bellica deposuit, ubi est casus, & ibi notant Andr. de Ifern. num. 1. & reliqui feudista.

60 Cæterum in hac contrarietate à Doctoribus ferè omnibus in eam sententiam itum est, ut si feudum requirat personale servitium, quod à vassallo religioso nec per seipsum, nec per substitutum præstari valeat; tunc minime transeat in monasterium, sed statim agnatis, vel Domino apertiat: Si verò tale requirat servitium, quod honestè à religioso vassallo explicare possit per se, vel per substitutum, hoc casu bene transeat in monasterium, durante tamen vitæ naturali ipsius professi.

61 Hanc distinctionem probant aperte Capitula feudalia proximè citata, & illorum glossatores. Nam in d. cap. 1. De vassall. milit. disponitur, ut feudatarius, qui habitum religionis assumpsit, & sic conversus factus est, amittat feudum. Et mox subnectitur ratio per hæc formalia verba: quia desijt esse miles saculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertrinet ad eum, qui non debet gerere officium. Eatenus igitur Regularis excluditur à beneficio feudi, quatenus ipse tanquam miles Dei non potest faculo militare, nec gerere officium annexum feudo. Ergo ex mente dicti capitis locus dicendum, si talia honestè præstare possit per se, vel per substitutum: si milititer in cap. 1. An maritus, vel alius imperfectus feud. retin. cavetur, ut clericus, femina, & con-fimiles, id est. Religiosi, feudum retinere non possint, quia, ut ibi dicitur, ipsum servire non valent. Et quamvis in d. cap. 1. §. Qui clericus, si de feud. desunt, &c. Regulares indefinitè repellantur à feudo: tamen gloss. ibi in verb. Amittit, & Baldus num. 2. dicunt hoc ideo esse, quia cum pro mortuis reputentur quoad mundum, nec debeant se implicare negotijs secularibus, sunt inhabiles ad servendum feudo; alioquin sine restitutione gloss. ille textus videtur Judæicus, ut dicit Baldus in cap. 1. in fin. 53 de feud. famin. Jura igitur feudalia in exclusione Regularium solummodo contemplantur eorum inhabilitatem, & impotentiam ad servendum, & tunc feudum redit ad Dominum, non mutatione personæ, sed extinctione finalis causæ, ut idem Baldus ait hic num. 10. vers. Imò dicitur, & post eum Alex. cons. 10. num. 1. vers. Ita dicit Bald. lib. 5. Unde si servitia annexa feudo sint talia, quæ à monasterio possint honestè exhiberi per se, vel per alium, eo casu cessante causa exclusionis, cessant memorata capitula. Debent enim restringi, & limitari ad limites rationis, cui inmittuntur, ut optimè declarat Calderin. cons. 2. num. 2. vers. Per prædicta, & vers. Secus ergo, de feud. Abbas in cap. In presentia, num. 69. & ibi etiam Felin. num. 46. vers. Et hoc modo, de probat. Salyc. in auth. Ingressi, in fin. C. De Sacro Eccles. Curt. Senior cons. 62. nu. 6. vers. Septimo, Alex. d. cons. 19. num. 16. lib. 5. Jacobin. de sancto Georgio, in tract. de feud. in verb. Et quibuscuque, num. 4. circa fin. vers. Ad motiva ad huc. Quinimo Aegidius Bellam. cons. 48. An Comes, num. 31. vers. Sed contra, dicit ex generali consuetudine dicta jura feudalia debere intelligi, quando esset feudo annexum servitium personale, quod non posset per alios commode expediri.

64 Et ita originaliter distinguit pater juris, & organum veritatis Innocentius in d. cap. In presentia, numer. 3. de probationibus, sic enim ait: (Et feudalia transeunt in monasterium, si debeant talia servitia, quæ monasterium honestè possit exhibere per se, vel per alium. Arg. l. Ad similitudinem, & l. Quisquis, C. De Episcop. & cleric. alias redit ad Dominum.) Hæc Innocentius, quæ ibi totidem ferè verbis sequuntur Hostien. num. 8. in verb. Oblatione, vers. Feudalia etiam. Jo. Andr. num. 16. vers. Sed nunquid feuda. Bellamer. in 6. quest. num. 16. Anchar. num. 21. Abbas num. 69. Felin. num. 49. & Dec. num. 290. Archid. in cap. Si qua mulier, num. 4. 19. quest. ult. Jo. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. De stat. monach. §. 1. vers. 45. littera N. in verb. In presentia. Baldus hic num. 20. vers. Imò dicitur, Bellamer. d. cons. 48. num. 31. vers. Sed contra, & ita distinctionem Innocentij sequuntur Canonizæ omnes, ut dicit Pedemont, decis. 22. nu. 7. & ex Legitis eam probant Cyn. post Martin. Sylvan. in Auth. Ingressi, num. 13. C. De Sacro Eccles. & ibi etiam Bart. in 2. lectur. num. 44. vers. In hoc loco opinionem Innocentij. Et Salycet. num. 11. dicens ita communiter Doctores

gereret officium annexum feudo. Ergo ex mente dicti capitis locus dicendum, si talia honestè præstare possit per se, vel per substitutum: si milititer in cap. 1. An maritus, vel alius imperfectus feud. retin. cavetur, ut clericus, femina, & con-fimiles, id est. Religiosi, feudum retinere non possint, quia, ut ibi dicitur, ipsum servire non valent. Et quamvis in d. cap. 1. §. Qui clericus, si de feud. desunt, &c. Regulares indefinitè repellantur à feudo: tamen gloss. ibi in verb. Amittit, & Baldus num. 2. dicunt hoc ideo esse, quia cum pro mortuis reputentur quoad mundum, nec debeant se implicare negotijs secularibus, sunt inhabiles ad servendum feudo; alioquin sine restitutione gloss. ille textus videtur Judæicus, ut dicit Baldus in cap. 1. in fin. 53 de feud. famin. Jura igitur feudalia in exclusione Regularium solummodo contemplantur eorum inhabilitatem, & impotentiam ad servendum, & tunc feudum redit ad Dominum, non mutatione personæ, sed extinctione finalis causæ, ut idem Baldus ait hic num. 10. vers. Imò dicitur, & post eum Alex. cons. 10. num. 1. vers. Ita dicit Bald. lib. 5. Unde si servitia annexa feudo sint talia, quæ à monasterio possint honestè exhiberi per se, vel per alium, eo casu cessante causa exclusionis, cessant memorata capitula. Debent enim restringi, & limitari ad limites rationis, cui inmittuntur, ut optimè declarat Calderin. cons. 2. num. 2. vers. Per prædicta, & vers. Secus ergo, de feud. Abbas in cap. In presentia, num. 69. & ibi etiam Felin. num. 46. vers. Et hoc modo, de probat. Salyc. in auth. Ingressi, in fin. C. De Sacro Eccles. Curt. Senior cons. 62. nu. 6. vers. Septimo, Alex. d. cons. 19. num. 16. lib. 5. Jacobin. de sancto Georgio, in tract. de feud. in verb. Et quibuscuque, num. 4. circa fin. vers. Ad motiva ad huc. Quinimo Aegidius Bellam. cons. 48. An Comes, num. 31. vers. Sed contra, dicit ex generali consuetudine dicta jura feudalia debere intelligi, quando esset feudo annexum servitium personale, quod non posset per alios commode expediri.

64 Et ita originaliter distinguit pater juris, & organum veritatis Innocentius in d. cap. In presentia, numer. 3. de probationibus, sic enim ait: (Et feudalia transeunt in monasterium, si debeant talia servitia, quæ monasterium honestè possit exhibere per se, vel per alium. Arg. l. Ad similitudinem, & l. Quisquis, C. De Episcop. & cleric. alias redit ad Dominum.) Hæc Innocentius, quæ ibi totidem ferè verbis sequuntur Hostien. num. 8. in verb. Oblatione, vers. Feudalia etiam. Jo. Andr. num. 16. vers. Sed nunquid feuda. Bellamer. in 6. quest. num. 16. Anchar. num. 21. Abbas num. 69. Felin. num. 49. & Dec. num. 290. Archid. in cap. Si qua mulier, num. 4. 19. quest. ult. Jo. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. De stat. monach. §. 1. vers. 45. littera N. in verb. In presentia. Baldus hic num. 20. vers. Imò dicitur, Bellamer. d. cons. 48. num. 31. vers. Sed contra, & ita distinctionem Innocentij sequuntur Canonizæ omnes, ut dicit Pedemont, decis. 22. nu. 7. & ex Legitis eam probant Cyn. post Martin. Sylvan. in Auth. Ingressi, num. 13. C. De Sacro Eccles. & ibi etiam Bart. in 2. lectur. num. 44. vers. In hoc loco opinionem Innocentij. Et Salycet. num. 11. dicens ita communiter Doctores

teneret. Bald. in cap. 1. §. Qui clericus, num. 1. vers. Si de feud. desunt. & idem Bald. in cap. 1. nu. 1. vers. Si ergo feudum, de milit. vassall. qui arm. bell. deposuit. Jacobin. in tract. de feud. in verb. Et quibuscuque, num. 4. vers. Contrariam. ubi refert se ita respondisse, & re ipsa obtinuisse pro Priore Sancti Andree de Taurino ex Comitibus Valpergia. Curt. Sen. cons. 62. Primo aspectu, num. 2. Alex. d. cons. 10. num. 8. lib. 5. ubi ait ita omnes tenere. Capyc. d. decis. 10. num. 4. vers. Videndum est, ubi alios refert, & num. 10. dicit in hac opinione non esse contradicentem.

65 Neque verò constituenda est differentia, An feudum fuerit apertum ante, vel post emissam professionem, quia utroque casu transeat in monasterium, si servitia sint ejus qualitatibus, ut à Monacho, vel monasterio possint honestè per se, vel per alium exhiberi. Felin. alios citans in d. cap. In presentia, num. 48. de probat. Calder. d. cons. 2. num. 1. & 2. de feud. Curt. Senior d. cons. 62. per totum. ubi late consulit Canonico Regulari, vel monasterio posse succedere in feudo aperto postquam erat professus, quia servitia poterant decenter præstari per se, vel per substitutum. Jacobin. ubi supra num. 4. ad fin. Imò minor est dubitatio de successione monasterij in feudo aperto post monachatum, quia tunc cessat ratio, quod vassallus ingrediendo Religionem videatur feudo renuntiare. Ideoque hoc casu si servitium sit personale, debet admitti de æquitate ad inferendum per substitutum: sin autem servitium possit per alium explicari, tunc admitti debet etiam de rigore: ita Bald. in cap. 1. num. 3. de benefic. famin. Bellamer. d. cons. 48. num. 31. vers. Ultra prædicta. Curt. Senior d. cons. 62. num. 6. vers. Octavo.

66 His ita constitutis, pro solutione quaestionis inquirendum est quæ, & qualia servitia huic feudo sint annexa; & quidem perspecto tenore investituræ nullum apparet servitium, quod à monasterio, vel Ecclesia non possit honestè per se, vel per alium exhiberi.

67 Nam in bulla investituræ cavetur, ut feudum hoc sit nobile, antiquum, & honorificum, liberum, francum, & expeditum. Quæ verba maxime simul juncta faciunt vassallum omni libertate liberum, & ab omni servitio absolvunt, ut formaliter inquit Calderin. cons. 7. An feudatarius, num. 1. vers. Not. feudum, tit. De feud. Oldrad. cons. 234. Factum tale enim. Quidam, numer. 2. vers. Ego considerabam. Et denotant libertatem, & franchitiam in omnibus, præterquam in investitura exaratis, ut declarat Jo. Andr. in addit. ad Speculat. tit. De prescrip. col. penult. & ultim. Alex. cons. 30. Quoniam omne, numer. 19. vers. Sed per hoc dicit. Jo. Andr. lib. 1. Jacobin. de feud. in verb. Et promiserunt. n. 2. Seraphin. decis. 1105. nu. 9.

68 Servitia autem, quæ in hac investitura exprimuntur, sunt tantum infra scripta, videlicet ut feudatarius in signum, & recognitionem feudi summam duorum millium scutorum annis singulis Camera Apostolicae persolvere teneatur, ac jura colonorum servare. Et hoc servitium reale est, & absque dubio præstari potest per substitutum. Andr. de Ifern. in cap. 1. §. Qui clericus, numer. 6. vers. Vbiunque, si de feud. fuer. controvers. Nam, ut inquit, Felin. in cap. In

presentia, num. 47. vers. Fallis 2. de probationib. servitium, quod praxatur in signum recognitionis, cum sit annuum, in quocunque, & quocunque statu mutato prestari potest. Sequitur Decius *ibid.* num. 290. Rūm. *conf.* 42. Proponitur, num. 10. lib. 1. Deinde sequitur in investitura, ut feudatarij teneantur ad obsequia, quæ pro similibus feudis Papæ, ac Sedi Apostolicæ de jure vel consuetudine præstari solent. Quæ quidem obsequia domino per vassallum præstantur, ad instar eorum, quæ libertus debet patrono, ut per Andr. de Sern. in cap. 1. num. 5. quib. 70 mod. feud. amitt. Obsequia autem, quæ debet patrono libertus, sunt honoris & reverentia, quia libertus semper honesta, & sancta patroni persona videri debet, l. Liberto, ff. De obsequ. gloss. in rubr. Cod. de obseq. patron. præstand. Quare ambigendum non est, quin obsequia hujusmodi a religioso vassallo, & Episcopo honestissime possint ac debeant Summo Pontifici, ac Sanctæ Sedi per seipsum exhiberi. Ad hoc Extravagans Quarundam, col. 10. vers. Habent in illis minores obsequi majoribus, de verior. significat.

Tandem in investitura cavetur, ut ea omnia, ad quæ tenentur feudatarij, & Marchiones Sedis Apostolicæ Papæ, & eidem Sedi impendere, & præstare teneantur. Quæ verba referuntur ad ea, quæ sunt ex natura contractus feudalis, id est, ad homagium, & fidelitatem, ut per 71 Joan. Andr. & Alex. locis proxime citatis. Homagium autem, & sacramentum fidelitatis honestè à Religioso præstari potest per seipsum, ut 72 est casus in cap. Periculoso, §. Verum, de stat. Regular. lib. 6. ubi pro feudo, quod monasterium habet à Domino temporalì, etiã Abbatis, vel Prioris clausuram exire debet ad homagium, & juramentum fidelitatis præstandum. Et ibi notant omnes in Summario text. & Franc. in 2. notab. Nec illa constitutio fuit sublata, imò expressè innovata à Concilio Tridentino in cap. 5. sess. 25. de Regularib. Licet postea hac in parte sublata fuerit per declaratoriam Pij V. quæ incipit Decor. Sub Constitutione octava de clausura Monialium: Unde si hæc præstare potest Abbatis clausuræ adstricta, multò magis Religiosi, & maxime Episcopi, qui est feudum non habeant, tamen præstant Papæ juramentum fidelitatis, ut in cap. Ego N. de iur. jur. and. Quod juramentum est bignum, ut dicunt ibi Baldus num. 11. vers. Ibi contra. & Alex. de Nævo, num. 24. vers. Ex quo infer. In forma autem fidelitatis, quam Domino præstant feudatarij, nihil continetur, quod à Religioso, & Episcopo non possit honestè per se, vel per alium explicari, ut patet in cap. de forma, 25. quæst. 5. quod refertur in cap. 1. de form. fidelitat. & in tit. De nov. form. in usib. feud. Nam ad militandum, præsertim in propria persona, ex forma fidelitatis, utique vassallus non tenetur. Oldrad. *conf.* 234. num. 2. in fin. vers. Inter hæc autem non est aliquem ad exercitum sequi. Baldus in cap. 1. num. 17. vers. Inter hæc autem, in tit. De capitaneo, qui curiam vendidit. Jacobin. de feud. in verb. 76 Et promiserunt, num. 2. & clarè probatur in cap. Imperialem, §. Firmiter, de prohib. feud. alienar. per Frider. ubi cautum est, ut vassallus teneatur ire, vel mittere cum Domino ad expedi-

tionem bellicam, vel ipsi Domino subministrare dimidium, redditus unius anni. Et sic est in optione vassalli an velit ire, vel mittere, an verò redditus subministrare. Et est communis Doctorum opinio, ut testantur Jacobin. ubi supra. 77 num. 26. & Clar. in §. Vendum, quæst. 22. & quod vassallus non teneatur sequi Dominum in bello, neque ad alia servicia personalia, nisi hoc expressè sit cautum in investitura, cum hoc non sit de natura feudi, tenuerunt Bellam d. *conf.* 48. num. 31. sub vers. Sed contra. Socin. Sen. *conf.* 257. visus investituræ, nu. 1. circa fin. vers. Et licet, lib. 2. Decian. *conf.* 58. Quaritur nunc, num. 42. vers. Neque hic dicitur, lib. 2. Rota, *decis.* 41. num. 2. par. 1. divers. Et generaliter quod in omni feudo sit in electione vassalli an velit personaliter inservire, an verò pecuniam solvere, post antiquos deducit Alvaroz in cap. 1. in fin. de pac. juram. firm. & in d. cap. Imperialem, §. Firmiter. Jacobin. loco cit. Cypre. *decis.* 10. num. 11. Et in Episcopo, qui tenet magnum & nobile feudum ab aliquo Principe, notat Host. in sum. de immunit. Ecclesiar. §. A quibus muneribus, vers. Ad angariis ver. ibi: Secus patet si Episcopus.

Ex quibus patet omne servitium in hac investitura expressum posse à vassallo religioso, & Episcopo honestè per se, vel per substitutum expediri. Et consequenter si feudum fuisset apertum antequam memoratus Religiosus esset Episcopus, utique transivisset in monasterium juxta primum membrum distinctionis Innocentij, de quo supra, num. 64. Religio enim Fratrum Prædicatorum hodie est capax bonorum immobilium ex Concilio Trid. cap. 3. sess. 25. de Regular. Verùm cum fuerit apertum, postquam est in Episcopum consecratus, succedit Ecclesia: nam monachus, quem Canonica electio à jure regulari monachicæ professionis absolvit, & sancta ordinatio de monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hereditatem postea jure vendicandi potestatem habet. Quæ sunt verba Concilij Toletani relata in cap. Statutum 18. q. 1. & illud pronomen, sibi, exponitur, id est, Ecclesie; sive, ut ibi per gloss. in verb. Legimus, Archid. & Turrescraem.

Ideoque cum Archiepiscopus Goanus in Indijs Orientalibus in visitatione liminum inter alia quævisisset, an spolia Episcopi Regularis morientis ab intestato pertinerent ad Cameram Apostolicam, an ad successorem beneficij, & bo. me. Cardinalis Serra testatus esset, Cameram Apostolicam ibi quoad spolia nihil pretendere: Sacra Congregatio Concilij respondit bona post consecrationem acquisita ad propriam Ecclesiam pertinere per d. cap. Statutum, & doctrinam Navarr. de reddit. Eccles. q. 1. in 9. admont. n. ... & seq.

81 Unde quemadmodum Cathedralis Ecclesia ad quam Regularis assumptus est, succedit in bonis allodialibus ei post consecrationem delatis: ita & in feudalibus, de quibus agitur, quia cum servitia illis annexa non sint incompatibilia cum statu Regulari, sicut in illis ante consecrationem successisset Religiosus ad utilitatem monasterij, ut fusè ostensum est supra, ita post consecrationem succedit Episcopus ad utilitatem Ecclesie. Idque ad exemplum monachi, qui effectus est Comes per Papam: succedit enim in feudum aper-

apertum postquam factus est Comes, tanquam postliminio revertitur, in integrum restituitur, & habitatur. Ita Bald. in *conf.* 275. quod prore-gula, numer. 7. vers. Pone quod Monachus, lib. 2. Quod longè magis procedit in Regulari ad Episcopatum evehto. Nam etiam si servitia feudo annexa requirerent industriam personæ juxta text. in l. Inter artifices, ff. De solut. & in cap. fin. de off. deleg. Tamen ex quo factus est Episcopus, censetur habitatus ad inserviendum per substitutum, ut est text. in l. Ad similitudinem, C. De Episcop. & Cleric. & tradunt Præpositus in cap. 1. §. Et quia, col. 6. post med. vers. Respondeo, de his qui feud. dar. poss. Calder. d. *conf.* 2. numer. 1. vers. Item hoc probatur, de feud. Jac. *conf.* 117. In causa & lite, num. 2. vers. Ad prædicta accedat, quod etiam effectus Episcopus, volum. 4. Cephal. *conf.* 1. numer. 4. vers. Tertio quicquid, Martin. Lauden. in cap. 1. §. Et quia vidimus, qui feud. dar. poss. ubi refert hanc controversiam de facto contigisse in Episcopo Palmen. & præstantiores Doctores Bononienses, & Papienses consuluisse, Episcopum esse successibilem in feudo paterno, prout etiam refert Jacobin. in tract. de feud. in verb. Et quibusvis que, numer. 4. vers. Contrariam.

85 Erat communiter servatur. Nam Episcopi, & Cardinales retinent feuda ad eos devoluta jure successione, ne dignitas potius decrementum, quam incrementum eis attulisse videatur, & sine controversia admittuntur ad præstandum quocunque servitium per substitutum, ut attestatur Julius Clarus in §. Feudum, q. 76. circa fin. vers. Ceterum communiter servatur.

86 Neque obstat, quod hoc casu versetur in Episcopo Regulari, qui per consecrationem non fuit abolutus à voto paupertatis, sed adhuc remansit in statu incompatibili cum acquisitione domini feudalis gloss. in cap. Statutum in verb. Legimus, 18. quæst. 1. & in cap. De Monachis, in verb. Discedere, 16. quæst. 1. S. I. in 2. 2. qu. 185. art. 3. & probatur in cap. Cum olim, il. 2. vers. Præterea, de privileg. ubi Monasterium, cui Canonici Regularis in Episcopum jam promotus mille marabitarum donaverat, fuit condemnatum ad illorum restitutionem, quia, ut ibi dicit gloss. in verb. Restitutionem, qui nihil habet, nihil donare potest.

88 Id inquam non obstat, quoniam, ut responderet d. gloss. quicquid Religiosus post suam consecrationem acquirit, non sibi, sed Episcopatu acquirit. Et, ut inquit D. Thom. ubi supra in respons. ad 3. non vendicat hereditatem ut propriam, sed quasi Ecclesie debitam. Et sic non frangitur votum paupertatis. Imo quod plus est si frater Minor promoveatur ad Episcopatum, quamvis talis dignitas non faciat eum capace successione, quia non liberat à substantialibus regulæ: tamen bona quæ ipsi fratri Minori jam assumptum obveniunt, remanent apud Ecclesiam, ad quam est assumptus, ut post Bart. Bald. & Federic. de Sen. firmat Nicolaus de Ubald. in tract. de success. ab intestat. clericor. in 1. part. num. 3. & 4. & ex modernis Navarr. *conf.* 7. incipit, Quædam Archiepiscopus olim frater Minor. num. 1. de solut. & resolvit Rota *decis.* 115. per tot. p. 4. tom. 2. recent.

Confirmantur prædicta, quia in hac investitura ex descendentibus masculis Diomedis pri-

mo loco vocantur filius major nati, & nepos major nati laici, exclusis personis ecclesiasticis, quæ matrimonium contrahere non valuerint, id est clerici in sacro ordine constituti, & solemniter professi. Nam his duobus modis solemnizatur votum impediens matrimonium contrahendum, & dirimens posse contra, ut cap. 1. De voto, lib. 6. & paulo post sequitur in investitura: laicis verò omnibus cessantibus ex præfatis clericis major nati subintret. Quæ verba videntur intelligenda de illis clericis, seu personis ecclesiasticis, quæ extantibus masculis fuerant à feudo exclusæ; & sic de constitutis in sacro Ordine, vel solemniter professis. Non enim investitura discretivè loquitur de clericis, vel monachis, sicut fit in cap. 1. §. Qui clericus, si de feud. defunct. & c. & in alijs concordantibus; sed loquitur simpliciter de clericis. Et cum feudum sit beneficium Principis, cap. 1. §. Beneficium, in quibus caus. feud. amitt. ac proinde sit plenissime interpretandum, l. fin. ff. De constit. prenc. Præpos. in cap. 1. §. Et quia, col. 18. ante med. vers. Item quia beneficia Principis, de his qui feud. dar. poss. utique in hac favorabili materia clericorum appellatione veniunt clerici etiam regulares, ut per Abb. in rubr. de rit. & honest. cleric. numer. 15. Paul. de Caltr. *conf.* 336. in hac substitutione, numer. 3. lib. 1. Imò veniunt etiam Episcopi secundum Abbatem in cap. Cum lib. numer. 40. de verb. significat. Unde quatenus prædicti alias essent inabiles ad servendum; tamen cum ex forma investituræ sint habitati ad succedendum, intelliguntur etiam habitati ad servendum per substitutum, arg. l. Quædam consuebant, ff. De re judicat. Et hanc regulam ponit Andr. de Sern. in cap. 1. in fin. & post eum Bald. *ibidem* n. 6. vers. Adde talem regulam, & Afflict. col. 4. in princip. de milit. vassall. qui arma bellic. deposuit. Alex. d. *conf.* 10. n. 16. & 17. lib. 5. Pedemon. *decis.* 27. n. 15. & 16.

93 Nec refert quod in investitura vocetur clericus major nati, quia nihilominus succedit monachus, & Episcopus. Paul. de Caltr. *conf.* 336. in hac substituit. numer. 30. lib. 1. juncto themate consili.

94 Postremò in hac materia illud accuratè observandum videtur, quod et si liber feudorum sit authenticus, & allegari possit ad decationem causarum in materia feudali, & liget etiam ecclesiam, & ecclesiasticas personas, Bald. in cap. Ceterum, num. 2. de judic. & alii apud Clar. in §. Feudum, q. 3. vers. Sed nunquid: tamen hoc videtur omnino limitandum quo ad illa capitula, quæ statunt nominatim contra ecclesias, & personas ecclesiasticas, prout facit d. cap. 1. §. Qui clericus, si de feud. defunct. & c. & alia capitula supra citata n. 59. Quia talia sunt contra libertatem ecclesiasticam, & non valent, ut per Bald. *conf.* 275. Quod regula, nu. 9. vers. Papa etiam lib. 2. Oldrad. *conf.* 270. in quaestione proposita, nu. 9. vers. Et tu instabis amice.

Nam & leges Imperiales, quæ specificè disponunt de ecclesijs, & ecclesiasticis personis, ac bonis earum, quales sunt quæ habentur in titulis, de sacros. eccles. de Episc. & cleric. & consimiles, non valent ex defectu potestatis, ut est text. celebris in cap. Ecclesia S. Marie, & ibi notant omnes, infra eodem, & fusè dictum est

66 supra num. 2. §. & sequ. unde leges civiles, quæ loquuntur de emphiteusi ecclesiæ, servari non debent secundum Abb. in cap. in presentia, num. 28. vers. Igo in hoc dubio, de probat. Et idem est in constitutionibus laicorum super rebus spectantibus ad ecclesias, vel personas ecclesiasticas, etiam ratione dominij utilitatis tantum, ut probatur in hoc capitulo secundum ea, quæ dicta sunt supra, num. 20. & 52. Quod si ita est in legibus Imperatorum, ac Principum, multo fortius observandum erit in constitutionibus feudali- bus, quæ non emanant à Principe, sed à priva- tis hominibus, nempe Roberto Orto, & Gerardo Agapite non habentibus auctoritatem leges condendi, ut advertit Bellamer. d. conf. 48. num. 33. vers. Item facit quod questio loquitur de jure. Qui propterea, num. 33. vers. Quid dicendum, in fin. firmat communem esse opinionem, quod jura feudorum non ligent. Et quamvis hodie contra- ria opinio frequentius sit recepta; tamen hoc i- deo est, quia ex quo liber feudorum fuit pro auctentico observatus, & allegatus supra homi- num memoriam, vitis tanti temporis vim habet privilegij, ut ait Molin. in consuetud. Paris. feud. in princip. numer. 46. & Clar. Jus. citat. At hæc ratio non militat in capitulis, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, quia in talibus consuetudo, ut neque immemorabilis non valet, nec habet vim privilegij, cap. Cum terra, & ibi Abb. in 2. na- tab. de elec. Collect. in cap. 1. numer. 30. cir- ca fin. De consuetudin. & hodie expressum in Con- stitutione sancti. mem. Urbani VIII. quæ incipit: Romanus Pontifex editæ die 5. Junij 1631. Et hic jurgæ quæ dicta sunt supra, n. 52.

Nec refert quod Dec. conf. 131. Revocatur in dubium, numer. 3. dicat jura feudorum videri ap- probata ab Ecclesia: ubi canones expresse non contradicunt: quoniam hoc potest admitti in il- lis tantum juribus feudaliibus, quæ generaliter loquuntur, prout colligitur ex ipsomet. Dec. n. 2. vers. ad hoc facit, & ita intelligi debet Bald. quem Dec. allegat. in cap. Ceterum, numer. 2. de judic. dum ait consuetudines feudales habere locum etiam in feudis ecclesiasticis. At secus est in illis juribus, quæ de ecclesijs, & earum personis ac rebus specificè disponunt, quia ponunt falcem in messem alienam, & non valent, prout de legi- bus Imperatorum distinguitur per canonitas in cap. 1. in fr. de nov. oper. nunciat. & post Abbat. & alios dixi supra n. 32. Quare cum capitula feuda- lia excludentia à successione Clericos, & mo- nachos hæc in parte non habeant legis auctori- tatem; Consequens est, ut in hoc articulo ser- vandi sint canones, qui clericos, & monachos non repellunt, ut supra diximus num. 5. Felin. in d. cap. in presentia, num. 44. vers. Et non dicitur, de probat.

101 Hic accedit quod in prædictis capitulis ex- cludentibus clericos, & monachos non compre- henduntur Episcopi propter excellentiam dig- nitatis Episcopalis Cephal. conf. 1. num. 4. vers. Quiquid hæc proinde in eorum successione serva- buntur jus commune, ut disponitur in cap. 1. §. Srenuus, de cognit. feud. Bald. conf. 328. Cum in causa, in fin. vers. Declarando, quod dixi lib. 3. Paul. de Castr. conf. 262. Dico quod E- piscop. in fin. lib. 2. Clar. in §. Feudum; in quest. 3.

102 Ac demum cum præsens feudum uti proveni- ens ab ecclesia Romana sit ecclesiasticum, Bald. in Præjud. feud. in ut. division. Imol. in c. fin. numer. 36. vers. Item feudorum aliud est ecclesiasticum; infra de feudis. Jura feudorum superius allegata, quæ prohibent clericos, & religiosos succedere in feudo seculari concessio à Principibus seculari- bus, ad hoc feudum ecclesiasticum non exten- duntur; Nam Principes laici versimiliter no- lunt in suis feudis secularibus admitti ecclesia- sticos: sed è contra in feudis ecclesiasticis non est versimile, ut apostolicus voluerit excludere suum genus ecclesiasticorum. Ita in terminis Jas- son in cons. 117. In causa & tre. numer. 1. col. 2. vers. Secundo principaliter vol. 4. ubi etiam subdit in feudo ecclesiastico cessare rationes ponderatas in præallegatis capitulis excludentibus cleri- cos, & religiosos à successione feudi, nempe quod desinant esse milites feudi qui facti sunt milites Christi, & nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus. Hæc namque rationes non applicantur feudo ecclesiastico, quia Religi- osi, & Episcopi propter hoc non desinant esse milites ecclesie, & possunt impendere servitia feudalia secundum eorum qualitatem, & condi- tionem, ut latius per eum, & sequitur decisio Pedemontana 27. n. 17. in §. fallentia.

103 ex quibus concludendum videtur feudum hoc debere in ecclesiam episcopalem transire quoad commoditatem dominij utilis, durante tamen vita naturali ipsius Episcopi. Nam, ut in- quit Bald. in auth. Nisi rogati, n. 19. c. Ad Trebell. in- terim donec vivit vassallus feudum non redit ad dominum, sed ecclesia habet commoditatem si servitium juxta conditionem feudi non minus decenter præstare possit ecclesia, quam vassal- lus. Et idem Bald. in cap. 1. n. 1. vers. Si ergo feudum de milit. vassall. qui arm. bell. de posuit. Et ibi etiam Alvarot. col. 2. Alex. dicitur conf. 10. n. 10. 14. & 17. lib. 5. Felin. in d. c. in presentia, num. 46. vers. Secun- do.

106 Nec prædictis obstat quod jura feudalia, quæ ex sui natura non transiunt, nisi ad hæredes san- guinis, ut Regnum, Ducatus, Baronia minime transeant in monasterium, vel ecclesiam, sed remaneant generi, ut inquit Bald. in l. Deo nobis. §. Hoc etiam, n. 4. c. De Episcop. & cleric. post gloss. ordinariam in cap. Scripsi nobis, in verb. Dignita- tem, 27. qu. 2. Felin. in d. cap. in presentia, numer. 44. vers. Ad idem quod notat Bald. & ibi etiam Dec. numer. 289. de probat. Spec. in tit. De stat. Monach. §. 1. numer. 15. dicens ita servari de fa- cto.

107 Etenim hujusmodi auctoritates vendicant sibi locum in successione, per quam feudum transit in perpetuum ad manus mortuas, adeo ut nunquam sit reversionum ad dominum, juxta text. in cap. 1. §. 1. De alien. feud. At in casu præsen- ti, secundum conclusionem superius firmatam monasterium, & ecclesiam non succedunt in feudo in perpetuum, nec sunt vassalli, sed habent solum commoditatem dominij utilis viventæ feuda- tario: unde prædictæ auctoritates non applican- tur. Et ita seipsum declarat Bald. in cap. 1. n. 1. vers. Si ergo feudum, & ibi etiam Alvarot. col. 2. de milit. vassall. qui arm. bell. de pos. & idem Bald. hic numer. 19. Alex. d. conf. 10. numer. 17. lib. 5. Capyc. decis. 10. num. 5. & 10. & quamvis Præposi- in

in cap. 1. §. Et quia, col. 13. ant. med. vers. Aut loquimur de his qui feud. dar. poss. opinatus fuerit monasterium etiam durante vita feudata- rij non succedere in feudo, quod transit solum in hæredem sanguinis: tamen loquitur ex capite suo, & in prima opinione non est contradictor, ut dicitur Capyc. d. decis. 10. n. 6. & 10. & Clar. in §. Feudum, quest. 78. vers. Quæ tamen opi- nio.

108 In glo. prima. Quæ cum Innocentio, an Principis rescriptum, lex, vel statutum in læsio- nem juris alterius valeat, necne.

109 Pro solutione duo casus principales sunt dis- tinguedi. Primus est cum Princeps auferat jus alteri quæsitum, vel acquiriturum de jure natu- rali id est gentium, ut sunt dominia, obligatio- nes, & hujusmodi, quæ non dantur à jure civili, sicut dantur actiones. Ex hoc jure, ff. De iustit. & jur. iustit. de rerum divis. §. Fera quoque bestia; sed proveniunt à jure gentium, quod etiam dicitur jus naturale, quia naturali ratione inductum est, ut in fr. de rerum divis. §. Singularum, secundum Innoc. hic n. 3. circa fin. vers. De jure autem natura- li, & Compostell. n. 3.

112 Ex in hoc primo casu subdistingue: Nam aut princeps auferendo jus alterius procedit sine justa causa, & hoc est certum: & concludendum est secundum Innocentium, n. 2. hujusmodi rescriptum, aut legem, vel statutum non valere, ut l. fin. c. Si contra jus, vel utilitatem publicam. Et concordant Compostell. n. 1. Host. cod. n. in verb. Ve si quis, vers. Hoc enim, Joan. Andr. n. 15. & 16. Felin. n. 27. & reliqui omnes. Et hæc dicit esse opinionem Canonistarum, & Legistarum Abb. hic. n. 11. vers. Si autem non subest causa, per text. in Clement. Pastoralis de re judicat. ubi habetur, Imperatorem non posse tollere ea, quæ sunt de jure naturali; & sic non potest Imperator alicuius rem suam auferre, quia licet habeat jurisdictionem in universos, l. De precario, ff. Ad leg. Rhod. de jact. non tamen habet dominium rerum privatarum, quæ à prin- cipio fuerunt concessæ occupantibus, ut in fr. de rerum divis. Quæsi per totum, secundum Abba- zem, & Felin. locis proximè citatis, & constat ex dictis supra n. 51. Eandem conclusionem posuit Bart. in proemio Digestorum, per text. Quem dicit meliorem de mundo in l. venditor. §. Si constat, ff. Commun. prædiorum, per quod dicit nec principem, nec civitatem posse ali- quem privare dominio rei suæ sine causa. Et quamvis non desint contradictores, ut hic per Felin. n. 33. vers. Secundum vero membrum, tamen hæc opinio est communior, & rationabilior, ut dicit Raphael Fulgos. in d. l. fin. c. Si contra jus & Felin. loco proximè citato. Et patet ex cumulat. per Ant. Gabr. comm. concl. lib. 3. in tit. De jure quæsi. non toll. concl. 1. n. 1. & eam se- quitur D. Thom. dicens hujusmodi leges esse tyrannicas in quodlib. 12. art. 24. in fin. Et hoc membrum de clara septem modis, ut hic per Felin. n. 40. Et sicut non valet rescriptum, lex, vel statutum; ita nec consuetudo, secundum Innoc. d. n. 2. vers. Et sicut rescriptum, Host. n. 4. & Jo. Andr. n. 16. vers. Et sicut non va- let.

116 Non obstat quod rerum dominia videantur haberi per leges Imperatorum, ut cap. Quo jure, 222. adeo provodis, sed hoc dictum, ut inquit Abb. hic

8. dist. Ergo legibus, & statutis possunt auferri. Quoniam ut respondet Compostell. hic. n. 6. ad fin. vers. Sed videtur, & Jo. Andr. num. 24. à jure gentium descendunt dominia, sed per leges principum distinguuntur modi per quos domi- nia acquiruntur, ut ff. De acquir. rer. domini. per totum, sequitur Ruin. conf. 21. Vssis omnibus n. 3. vol. 1. & Felin. hic n. 49. vers. Secundus est. An au- tem Papa sine causa possit auferre alicui officium, vel beneficium, examinavi latissime in cap. Consultationibus, in fr. de cler. egret. car. & plura in utramque partem congerit hic Felin. n. 40. usque ad n. 45.

118 Aut princeps auferendo jus alterius procedit ex justa causa, idque similiter est certum: & tenendum est rescriptum, legem vel statutum va- lere, vel si quis sepulcrum, ff. De religio. & sumpt. funer. c. Pro quib. caus. ferr. pro premio libert. acci- piant. per totum Innoc. hic n. 2. in fin. vers. in casibus tamen, & n. 3. Compost. n. 4. Host. cod. num. vers. Et hoc verum est. Jo. Andr. n. 18. vers. Et hæc vera. Abb. n. 11. Ideoque per præ- scriptionem à jure civili inductam privatorem quis jure suo l. Bene à Zenone, c. De quadrien. præsi- & propter delictum bona confiscantur, c. De bin. damn. per tot. Item per legem humanam cer- to casu inducitur servitus, ut in cap. Ita quorundam, de iudic. contra libertatem, quæ est de jure naturali, ut c. Ius naturale 1. dist.

119 Et justa causa auferendi jus quæsitum de jure gentium est favor publicus, ut l. Item si verbera- tum, §. 1. ff. De rei vendicat. l. Lucius, ff. De evict. & not. in l. Antiochensium, ff. De privil. credit. Abb. d. n. 11. circa fin. vers. Sed causa existente, & Felin. n. 27. vers. Causa autem, plena Anton. Gabriel, comman. conclus. lib. 3. in tit. De jure quæsi. non tollen. concl. 2. n. 1. adeo ut in hoc casu valeat rescriptum, etiam si in eo non fuerit derogatum regule de non tollen. jus quæsi- tum. Sayr. super d. regula. quest. 19. & decis. penult. lib. 2. & fuit multoties resolutum in Rota, ut dixi in cap. Ceterum, n. 32 & 49. infra de rescriptis. Et hoc secundum membrum, quod princeps ex ju- sta causa possit rem alterius auferre, declarat notabiliter quatuor modis, ut hic per Felin. d. n. 28. usque ad n. 32.

120 Aut demique dubium est, an justa causa sub- sistat, necne: & tunc Cyn. & communiter legitur in l. Rescripta, c. De precib. Imperat. offerend. tenent præsumi pro Principe, quod fuerit motus ex ju- sta causa. Et idem tenet gloss. gloss. fin. in l. Religari ff. De pen. dicens magnam, & justam causam esse principis voluntatem. Butr. hic n. 22. vers. aut est dubium, & Cardin. in 6. quest. & Imol. n. 18. vers. Si autem esset dubium; & pro hac opinione plurimos cumulat, eamque dicit esse magis communem Anton. Gabriel. comman. concl. lib. 3. d. tit. De jure quæsi. non tollen. concl. 3. n. 4. & 5.

121 Quinimo dicunt Doctores in Principe, qui suo rescripto auferat dominium de jure gentium quæsitum privato, usque adeo causam præsumi, ut contra hujusmodi præsumptionem contraria probatio non admittatur, Cyn. in d. l. Rescripta, circa fin. c. De precib. Imper. offerend. Butrius & Imol. locis citatis, Felin. hic. n. 60. vers. Et hæc opinio, sed hoc dictum, ut inquit Abb. hic

hic. n. 14. videtur satis durum, & nullo jure aperte probatur, & in contrarium potest allegari text. in Clem. Pastoralis, de re iudicat. & illud dictum reprobat Craver. in cons. 135. Verba decreti, n. 42. vers. Imo isto casu. ubi citat plurimos, & in princ. epiusdem. n. 42. concludit assertionem Principis super iusta causa non esse probationem, sed tantum operari, ut transferatur onus probandi in adversarium, & allegat Angel. in cons. 368. Serenissimus Princeps Vincelanus, n. 2. & Roman. in cons. 369. Circa primum. n. 38. Com. in cons. 32. In hac consultatione. n. 9. col. 6. vers. Et maxime cum Pontifex lib. 1. alios citat Gabr. d. concl. 3. n. 3.

123 Imo in Principe rescribente contra jus tertio quantum de iure gentium absolute causam non presumi temerunt Abb. hic d. n. 14. vers. Hoc dicitur. Dec. n. 27. & Felin. n. 66. vers. Ex quibus redidit dubia, & alij plures apud Anton. Gabriel d. concl. 3. n. 1.

124 Quia tamen in practica servareur prima opinio, ut dicit Abb. loco cit. eam poteris limitare quatuor modis. Et primo eam imitabis ut non procedat quando Princeps rescribit contra jus quantum ex suo contractu; ad hoc l. Casar. ff. de publican. & veltigal. & cap. 1. de probat. ubi text. optimus. Quam limitationem posuit etiam idem Abbas in cons. 3. Nitat in present. in penult. col. in 27. qu. lib. 2. & Bertrand in cons. 15. n. 4. vol. 1. vers. Secundo respondetur, & in cons. 233. n. 3. vol. 2. & Gabr. d. concl. 3. n. 13. & ex hoc inferit Abb. hic n. 15. ut Princeps non possit suo vassallo sine causa cognitione feudum auferre, quia in feudo est quidam contractus, ex quo ultero citroque nascitur obligatio, ut in cap. De forma, 22. qu. 5. juncta glof. in l. Liber homo. ff. De verb. obligat. Item de natura feudis est, ut non auferatur nisi causa cognita, ut in cap. 1. de natur. feud. & in cap. 1. de feud. sine culpa non amitt. in usib. feud. & in hac specie consultaverunt Dec. cons. 689. viso puncto. Paris. cons. 11. Casarum istud. n. 55. & 111. lib. 1. Socin. Jun. cons. 94. Constitutum. n. 3. vol. 2. & passim alij.

128 Limitabis secundo, ut non procedat si princeps rescribat contra concessionem suam etiam gratuita, puta conferendo officium, vel beneficium a se prius alteri collatum: in tali enim rescripto non presumitur causa, sed potius Princeps presumitur circumventus, tex. est in cap. Cum olim infra de re iudicat. ubi si Papa conferat alicui beneficium unius, & dicta collatio repugnet ordinationi a se prius facte in favorem alterius, secunda dispositio irritatur, prima remanens, ea ratione, quia ipsam secundam fecisse censetur tanquam circumventus in ea, quam prius fecerat, vel ex oblivione, vel facto ipsius collatarij. Et ita de hoc esse ibi casum expresse summum dixit Roman. cons. 298. circa pramissam. n. 1. vers. Secundo eadem cons. luso, quem sequitur Ruin. cons. 98. Quia per privilegium n. 22. volum. 4. Dec. cons. 588. Viso puncto, n. 18. Socin. Jun. d. cons. 94. n. 3. vol. 2. & Petret. cons. 6. Actum tale est, alius n. 4. & haec praesumptio circumventionis est iuris & de iure, quae contrariam probationem non admittit, ut ibi voluit singulariter Innoc. in princ. cum quo concordant Host. 2.5. Joan. Andr. n. 4. Bellam. n. 2. Cardin. n. 9. vers. Et dicit Innocen. Alex. de Navo, n. 22. & Felin. n. 5. col. 5. vers. Am-

plia ista, & consuluit elegantem Bald in cons. 327. Peidae enim. n. 4. volum. 1. Ruin. ubi supra, & concordant plures, quos citat. Apostil. ad Rom. d. cons. 298. lit. B. Porro in concessionibus Principum prima attenditur, nec per secundam primae derogatur, ut consuluit Roman. d. cons. 298. per totum, & alij quos cumulat Anton. Gabr. comm. concl. lib. 3. in tit. De iure quasto non toll. cons. 7. n. 4. & 5.

130 Limitabis tertio, ut praesumatur pro Principe, respectu subditorum dumtaxat, non autem respectu aliorum, ut notabiliter voluit Innocen. in cap. Inquisitioni. n. 4. de sentent. excommunicat. ubi quod si Papa mandat laico sibi non subiecto in temporalibus, ut det alicui rem suam, talis non tenetur ei obedire nisi appareat legitima causa sic praecipendi, cum non sit ei rem poraliter subiectus, & idem colligitur ex Clem. Pastoralis de re iudicat. ubi ponderat quod Rex Siciliae non suberat Imperio, & hanc limitationem approbat hic Abbas. n. 15. vers. Item limito, & Felin. n. 62. in fin. vers. Limita 3. & idem Abb. in cap. n. 4. in fin. de caus. poss. & propriis Ruin. cons. 91. Quaritur, n. 5. volum. 1. & cons. 123. Visa facti fement. n. 23. volum. 3.

132 Limitabis quarto, nisi causa in rescripto Principis expressa sit frivola, seu irrationabilis. Tunc enim princeps quamvis rescribat ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, tamen praesumitur circumventus, & tales litterae sunt ipso iure nullae, & ita singulariter limitat Dec. in cons. 576. Pro rescriptione. n. 10. Bologniet. cons. 2. n. 45. Socin. Sen. cons. 273. ante fin. vol. 2. Ruin. cons. 123. n. 3. vol. 3. alias limitationes ad praedictam regulam ponit Anton. Gabr. dicta concl. 3. De iure quasto non toll. & latius an, & quando causa praesumatur in principe rescribente contra jus tertij, vide Praepolium in cap. Venerabilem, §. Quod autem, col. 1. in 3. notab. & seq. Qui filij sint legit.

133 Secundus casus principalis est quando rescriptum, lex, vel statutum laedit jus alterius in eo, quod ad eum pertinet de iure civili, prout sunt actiones, quae a iure civili sunt prodita, vel. 2. ff. De origin. lura, & l. Ex hoc iure in fin. ff. De just. & iur. & in hoc. 2. casu Innoc. hic, num. 3. vers. Vbi vero rescriptum. Compottell. n. 5. Hostien. n. 4. vers. Vbi vero. Joan. Andr. n. 19. & Felin. n. 54. in fin. vers. Quarta conclusio, distinguunt sic: Aut rescriptum, lex, vel statutum perimit jus alterius omnino, vel denegat ex toto agendi potestatem: & non valet nisi adjiciatur clausula, non obstant lege, &c. arg. l. Si quis in princ. test. ff. De legat. 3. & authent. Hoc inter liberos, C. De testam. arguendo a lege ad ultimam voluntatem, quae similiter lex dicitur, ut §. Disponat. auth. de nup. & melius secundum Host ubi sap. probatur in cap. Nonnulli infra de rescript. & in cap. ntr. De Capell. monach. & quod dictum est nisi adjiciatur clausula non obstante, &c.

135 locum habet etiam quando alias constat de expressa voluntate Principis secundum Compottell. d. n. 5. Haec tamen non procedunt in litteris Papae contra jus tertij, quia non dicitur consistere de illius voluntate per quascunque derogationes, nisi expresse fuerit derogatum regulae de iure quasto non toll. ut resolvit Rota coram Card. Seraphin. decis. 1082. n. 6. 7. & 8. Quae quidem de-

rogatio requiritur in iure quomodo libet quasto, & cuiuscumque sit generis. Cels. de Graif. decis. 1. n. 4. de verb. signific.

137 Verum tamen est rescriptum, vel lex auferre possit actionem modis praedictis, ut est communis opinio secundum Abb. hic num. 3. non tamen potest illam sic auferre quin reddat iustitiam, quia id esset contra jus naturale. Et ita ex mente aliquorum declarant Innoc. hic num. 3. vers. Sed & tunc, ut quidam dicunt, & Compottell. num. 6. eod. vers. & tenent Jo. Andr. num. 21. Abb. d. numer. 13. & Felin. numer. 55. Nam hoc casu sit reditus ad primævum jus in quo non erant actiones, sed manere regia administratur iustitia, d. l. 2. & sic habes casum, in quo sine actione formali quis potest agere ex sola obligatione juris gentium, secundum Abbat. & Felin. locis citatis, & sequitur Alex. cons. 1. Ponderatus, num. 31. vers. Non obstant, lib. 5.

138 Aut ex huiusmodi rescripto, lege, vel statuto jus alteri competens de iure civili non auferatur, sed differtur, & tunc valet, ut l. Quoties, C. De precib. Imper. offerend. Innoc. d. numer. 3. post med. vers. Si vera non auferatur jus. Compottell. numer. 6. eod. vers. Host. numer. 4. vers. Vbi vero rescriptum. Jo. Andr. numer. 22. Abbat. num. 12. & Felin. numer. 47. dicentes Principem posse inferre modicam laesionem, puta dare dilationem debitori, ut non possit interiri conveniri, d. l. Quoties. Idem tradit Alex. cons. 216. Non arguend. n. 15. lib. 2.

140 Carterum in distincte jus merè civile tolli potest, si quis habet iurisdictionem super eo iure, de hoc facit legem municipalem, secundum Innoc. n. 4. & Jo. Andr. n. 23.

141 Poitremo addunt Innoc. d. numer. 4. vers. In autem naturale. Compottell. numer. 8. Jo. Andr. numer. 25. & Felin. numer. 26. quod est ius civile non possit tollere in totum jus naturale; potest tamen illud distinguere, & adjuvare, eique addere, vel detrachere, sicut lex civilis, vel Canonica distinguit illud Evangelij. In ore duorum, vel trium stat omne verbum, cap. In omni infra de testibus, ut non procedat in multis casibus, in quibus plures requiruntur, ut l. Si C. De testam. l. Hac consultissima, C. Qui testam. sacer. post. l. Testim. C. De testib. cap. 1. & 2. qu. 4. & hoc expresse dicit text. in l. Ius civile ff. De just. & iur. ibi Cum aliquid adimus, vel detrahimus iuri communi. (id est naturali) ubi in glof. 1. Idque exemplo juris Praetorij, quod Praetores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi vel corrigendi juris civilis, gratia ut l. Ius autem, §. fin. ff. eod. & ibi plena glof. in verb. Advand. Et ita Innoc. & sequaces videntur sentire non modo jus naturale, id est gentium, sed etiam jus divinum posse distinguere, limitari, & declarari per leges civiles, ut hic per Felin. numer. 2. Circa quod Cyn. & Legiste multa dicunt in l. Rescripta, C. De precib. Imper. offer. & Bald. post glof. in l. fin. C. Si contra ius, vel utilitat. publicam. Et alij apud Felin. hic numer. 2. & 16. & concludunt Principem posse limitare jus divinum in illis articulis, qui reperiuntur ab ipso iure divino limitati; in aliis locus, nisi subieci iusta causa limitandi, & in dubio praesumi pro lege Principis. Sed

Abbas hic n. 4. limitando dicta Legistarum dicit Principem saecularem posse statueri interpretando jus divinum in rebus prophatis, in quibus habet iurisdictionem, & dummodo subieci causa aperta; sed in spiritalibus interpretationem pertinere ad Papam, ut est text. in cap. Venerabilem; in fin. Qui filij sint legitimi. Quod pluribus exornat Felin. hic numer. 17. & seq.

Ego verò exillimo hae dicta non procedere per ea, quae scripsi in cap. Cum pridem a numer. 76. usque ad numer. 84. de pact. ubi latissime probavi legem humanam ex quacunque causa non posse legi Divinae quicquam detrahere, nec illam modificare, seu limitare, aut super ea dispensare, ibi plene videas. Et ad auctoritatem illam: In ore duorum, vel trium stat omne verbum. Quae videtur distinguere, & limitari per legem Canoniceam, in cap. Licet universis, infra. de testib. & in cap. Praesul, 2. qu. 4. Responde ut dixi in cap. Cum eses numer. 144. numer. 149. de testam. & in d. c. Licet universis, in 2. not. Distinctio autem Cyn. & Legistarum est sine succo, quia ineptum est ut lex civilis limitet jus divinum in illis casibus, in quibus jus divinum ipsum limitat. Jam enim illa non est limitatio iuris civilis, sed iuris divini. Arg. cap. Licet de rescript. & l. Item eorum, §. Si de curiones ff. Quod cuiusque univers. non n. ubi verò jus divinum non limitat seipsum, lex civilis ex causa quantumvis gravi nequaquam potest illud limitare. Nam id non potest Apostolicus, ut dixi in d. cap. Cum pridem, numer. 76. & seq. longe minus id poterit Princeps saecularis, cap. Cum ad verum, & cap. Si Imperator, 96. dist.

DE CONSTITUTIONIBVS
Cap. Cum accessissent.
S V M M A R I V M.

1 Dignitatis collatio devolvitur ad Papam si omnes collatores habuerunt sex menses ad conferendum, & neglexerunt conferre.

2 Papa conferit beneficia devoluta potestate speciali, non generalitatem, quia potest omnia beneficia conferre.

3 Papa duobus modis conferre potest beneficia devoluta, ibi vers. Porro.

4 Dignitas personarum, & officium an differant.

5 Nomen dignitatis non sufficit in rescripto ex stylo curiae, sed requiritur nomen proprium, & cognomen.

6 Canonici non possunt supprimere aliquam dignitatem in Ecclesia, & illius reditus sibi applicare sine auctoritate Papae.

7 Praebendarum tenentia est iusta causa suppressionis dignitatis.

8 Episcopus cum consensu Capituli potest aliquot praebendas supprimere, & earum fructus reliquarum praebendarum distributionem sibi sine tenues appli-